
6
21-e
11
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
20 MA
21


RGINITATI
Misericordias Domini
in æternum cantabo.
Prophetas Successores post se.
Requirentes modos musicos,
F. ELISEI a
S. MARIA
CARMELITÆ DISC.
DE VITA GESTIS ac MIRACVLIS
S. MATRIS NOSTRÆ
THERESSIÆ a IESV
SERAPHICÆ VIRGINIS
LYRICORVM LIBRI IV.
EPODON LIBER VNVS
DVOQ.
EPIGRAMMATVM.
Anno Salutis et Iubilæi M.DC.L.
Cracouiæ in Officina Christoph:
Schedelij: S. R. M. Typogr.
Adducite mihi Psaltem. 4 Reg. 3.
S. HELIAS.
S. HELISEVS.
S. GEORGIVS

IN ARMA ILLVSTRISSIMÆ DOMVS LVBOMIRSCIÆ.



I.

DE Cælis LVBOMIRSCIADVM pacalis origo
Fluminis: in terris æquoris instar honor.
Fortè quis insinuat Cælos ascendere, contra
Naturam? vacuos influit ergo locos.

II.

STemma Polis expone, Sacrum leget illud Olympus;
Obuersum nam sic S, monogramma sonat.
Plenus honore suo, tanto sub Stemmate natus;
Heros, nuper obit, plenior ille Deo.
Hunc deflens, obijsse nega; manet inclyta proles:
Hæc patrio, titulos, flectere docta gradu.

III.

NOn Lycus hic fluuius; lituo GREGORIVS vndam
Strinxerat: arcta suo littore lympha sterit.
IRENARCHA potens, dominante GEORGIVS vndâ
SRENIAVAM lituo cinxerat ille suo.
Attamen vbertis emarginat vnda fluentis:
Non obstabit obex quisquè; superna petit.

IV.

AVrea grana gerunt ripæ; stat, LECHIA campus;
Cornua, sunt vomer; quis rogo cultor erit?
Attica lingua, thesim dissolue: Γεώργιος ipse
Cultor erit: fructus Patria crede nouos.

ILLVSTRISSIMO DÑO,
D. GEORGIO
JN WISNICZ COMITI
LVBOMIRSKI
SVPREMO REGNI POLONIÆ
MARESCHALCO,
Generali Cracouienſi, Scepuſienſi, Chmielnicenſi, &c.
CAPITANEO.
MECÆNATI MAXIMO.

F. ELISEVS à S. MARIA perpetuam in Domino Felicitatem.

QVod ad ſplendidiſsimum, Familiæ Veſtræ martialem direxerim virginales, proindeq; pacales Choros Heliadum; quod & ipſæ promptis iter proſequãtur gradibus; in illiſque, CARMELI Seraphi-

raphica Mater, ſereno procedat vultu, virgo THERESSIA: me permouit gratitudo: Camœnas meas, agnatus illis, amœnus Veſter Fluuius; Matrē noſtram, illa Parentis veſtri, Senatoris Illuſtriſsimi, profuſa Deo, Patriæ, Religionibus, excelſa liberalitas.

Ego quidem, quam corde præcōcepi, mente ac numero parturiui; ecce nunc ſtylo, manuquè præ me fero gratitudinem. Tua intereſt Comes Illuſtriſsime, labores meos, in Veſtræ Fundationis Viſnicenſis domicilio, eo tempore, quotum mihi à ſuperato ſuperfuit curſu Theologico, in ſupradictæ Fundationis agro enatas primitias, ac proinde vobis, naturali quodam iure debitas, in illiſque, Matris noſtræ geſta celeberrima, ad numeros, lyramque cælicam deſtinata; eâ promptitudine recipere, fo-

uere

uere Comitate, quæ par sit & tuæ dignitati, & nostræ in te, SRENIAVAMq; Vestram, gratitudini.

Ecquidem fateor; erga Matrem THERESSIAM, innumera Dei beneficia, me numeris meis limitatis minimè comprehendere valuisse, neque ipsum id attentasse; numericè tamẽ procedere volui, quoniam Dei ter maximi, Vniuersum hoc (iuxta Platonis arbitratum) ad numeros fabricantis primum opus mensura est & numerus, ipsa Dei sapientia attestante: Deum Præpotentem, in mensura, numero, ac pondere dispofuisse omnia, produxisse. Perinde numerus admirabile Dei opus est, infinitatem redolens; ordinem, rerum animam, visceribus suis introcludens; & quominùs à me celebretur, nequaquam Religiosis Professoribus alienus. Nobis

bis etiam, ſunt communes concentus harmonici, quibus, tanquam Succeſſoribus & filijs Prophetarum, ex ore Eccleſiaſtici conſignatum eſt: Nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum; in peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes Carmina ſcripturarum.

Hæc ad te deferuntur Senator Illuſtriſsime, ad tuum limpidiſsimum currunt fluuium, repudiant ſonori flumina Pindi, vitreos declinant Pegaſi fontes, non agnoſcunt Cydnum violis coronatum, non Thraſumenos repetunt lacus martiales, Annibalis victoria, & Flaminij Conſulis clade peruulgatos. Sufficit flumen; Aſiæ, Affricæquè Dominatoris Oſmani clade, Lechorumq; victoriâ celeberrimum. In lacu ſupradicto Ægyla Nympha fingitur ſedem ſtatuiſſe;

Hîc

Hîc Mater & virgo Ecclesia, hîc Christiana Religio, cæteræque heroicæ virtutes commorari bene prædicantur, quoniam & comprobantur. Ibi Annibal contra Flaminium insperata claruit victoria; hîc ad tuum fluuium, vtraque, Thracica scilicet atque Getica palluit obscurata luna; fusus, non proprio, sed aduerso sanguine, non modo campus, sed & ipse Fluuius coloratus, erubuit hostilia, quæ voluebat demersa cadauera: Tyram testor camposque Vallachiæ

- - - qua getico piger
Sarb in Lyr. *Feruet sanguine Bosphorus*
Nymphæiiq; domos & caua barbaræ
Plangit littora Tauricæ.

Ibi patuit orbi, quantum Lechica virtus animoso auctorata Duci; quantùm & ipse Dux præstaret animis, per apertos ignes, nudosque chalybes,

bes, quà pietas Christiana, quà traheret amor patrius, ire comparatis: quantùm Fluuius, opum ac operum, ipsiusque vitæ prodigus, cornû validus, robore indefessus; quantùm hæc possent, orbi patuit vniuerso.

Onochonum lego Thessaliæ fluuium Xerxis exercitui totâ suâ profunditate, non sufficientem; bibentium rictus iumentorum, in tantùm siccauêre riuos aluei, quod immuni deinceps calcaneo (& si veritas Historiæ tribuẽda est) plantâ nudâ flumen refertissimum vadari, nec attingi poterat: Et hîc defectum quidem noxium, alibi etiam ipsam vbertatẽ scio fuisse pestiferam. Scirtus, Edessæ fluuius, vt erat antedictum, sublimatus aquis, creuerat & saltauerat malo ciuium, dum Edessam vrbem, illuuie maximâ prægrauatam, quassauerat

ſauerat aquis, ruinis compleuerat, depreſſerat rudeatis.

Tuo Flumini altera referẽda laus, quod Patrio exercitui, vbertate munifex, plenum conſilij & induſtriæ nõ defecerat illo præſertim tempore, quando caſtra hoſtilia, trinis ferme contracta mundi partibus confecerat magnanimiter; Achillis haſtam expreſſurus, cibale ac proficuum fuerat Lechico militi, ferale hoſti ac mortiferum. Exinde per omnes decoris ac honoris gradus ſaltauit bono Ciuium; Maximo bono Matris Eccleſiæ ſaltauerat, impetu ſuo lætificans Ciuitatem Dei Religionem, Egeſtatem. Exinde fluuius, curſu liberali, pietati prodigus, non defecit.

D. Chryſoſtomus non ea tantum ratione, quoniam fluuiorum profunda, creatis obtutibus imperuia ſunt,

eoſdẽ

bes, quà pietas Christiana, quà traheret amor patrius, ire comparatis: quantùm Fluuius, opum ac operum, ipsiusque vitæ prodigus, cornû validus, robore indefessus; quantùm hæc possent, orbi patuit vniuerso.

Onochonum lego Thessaliæ fluuium Xerxis exercitui totâ suâ profunditate, non sufficientem; bibentium rictus iumentorum, in tantùm siccauêre riuos aluei, quod immuni deinceps calcaneo (& si veritas Historiæ tribuēda est) plantâ nudâ flumen refertissimum vadari, nec attingi poterat: Et hîc defectum quidem noxium, alibi etiam ipsam vbertatē scio fuisse pestiferam. Scirtus, Edessæ fluuius, vt erat antedictum, sublimatus aquis, creuerat & saltauerat malo ciuium, dum Edessam vrbem, illuuie maximâ prægrauatam, quassauerat

sauerat aquis, ruinis compleuerat, depresserat rudeatis.

Tuo Fluminí altera referēda laus, quod Patrio exercitui, vbertate munifex, plenum consilij & industriæ nō defecerat illo præsertim tempore, quando castra hostilia, trinis ferme contracta mundi partibus confecerat magnanimiter; Achillis hastam expressurus, cibale ac proficuum fuerat Lechico militi, ferale hosti ac mortiferum. Exinde per omnes decoris ac honoris gradus saltauit bono Ciuium; Maximo bono Matris Ecclesiæ saltauerat, impetu suo lætificans Ciuitatem Dei Religionem, Egestatem. Exinde fluuius, cursu liberali, pietati prodigus, non defecit.

D. Chrysostomus non ea tantum ratione, quoniam fluuiorum profunda, creatis obtutibus imperuia sunt,

eosdē

eoſdem Deitati aſsimilauit; verùm quod illi, fluore ſucceſsiuo, aureis ramentis intùs reconditis, ſuique diffuſiuâ copiâ, Diuinitatem figurent manifeſtè. Hinc & Perſarum Regibus ſacroſanctum, aquam ex Iſtro Niloue hauſtam, in theſauris regijs, in ſignum Dominij, regaliſque Maieſtatis aſſeruari. Verùm & Sultani Ægyptij, in ſuis inaugurationibus, equum ad potandum Eufratem deducebant, vt hoc ſignò propriam, Imperijque ſui latitudinem, declararent.

Ad Fluuium Veſtrum, intra theſauros Regni Poloniæ obſeruatum antiquitús & aſſeruatum, deduco Camœnas meas virginales, in illiſque Matrẽ THERESSIAM, Seraphicam virginem, in cæleſti theſauro æternaliter abſconditam, in tempore ſæculari, per Angelos ſub Foſſorum ſpecie, tan-

quam

quam thesaurum nobilissimum requisitam, repræsento virginem; Nõ ea ipsa ratione, vt per latitudinem fluminis Vestri, auspicioque præassũpti Scipionis, imbellis virgo protegatur; Manet enim THERESSIæ virgini Seraphica lancea; sunt & claui Sponsionum, sanguine IESV CHRISTI obarmati; manet candor virginalis, emicat lux Angelici commercij mucrone exacuta luminoso, feruent lucernæ Seraphicæ: procul hinc murmur Aganippidum; nulla vox, Empusæ nemore repercussa; sola clangit pietas filialis, ac proinde ab omni lingua petulante creditur aliena.

Longitudinem tamen, ipsamque latitudinem Illustrissimi Fluminis vestri affectauimus, vt ita vnitis virib⁹, collectoque splendore adinuicem,

Matris

Matris Nostræ Cælo, soloque mani-
festa sanctitas, Fluminisque Vestri
Gentilitij innata erga Deum pietas,
Erga Patriam, Ecclesiamque Dei li-
beralitas, eodem fluuio tanquam ve-
hiculo, clangentibus Musis nostris,
remotis excipientibus Insulis, Ocea-
no diffundatur vniuerso.

LECTORI BENEVOLO

ELOGIVM

DIVÆ M. THERESSIÆ.

INter cælestis Veritatis Acroamata, non postremum, neq; otiosum est sancti Spiritus proloquium, videlicet, Matrem suam honorantem, thesaurisare filium. Quod licet vbiq; clarum sit, ibi tamen veriùs, obtentoq; fine Sapientia exuperat luculentiùs, vbi sanctior maternitas; neque communis, dum hæc inuento cælesti, sublimi plurimùm, virginitatis admirabili, præcellit preposito consecrata. Nec sola Maternitas in virgine, nec tantùm Virginitas in Matre, iungamus quod perfectum est atquè singulare, vbi Maternitas Virginitate, virginitas Sapientiâ, hæc demum admirabili vitæ sanctimoniâ fulciantur, exornantur.

Hæc inuicem, inter mortales præclara, rara sunt: Alterutro quidem ex his, plurima; vtroquè, perpauca; cunctis his, vnaè paucissimis, & ferme sola, Seraphica virgo ac Mater Nostra, Caritatis ara, Domicilium puri-

** tatis,

tatis, miraculo claruit felicißimo. Proinde nobis vt pateat fundamentum Sanctimoniæ, dicta Puritas, etiam cæleste drama illius virginalem decantauit gloriam, dum à Sponso suo, in eiusmodi verba dimanauit: Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. *Scilicet, nouas excitabis laudes, proferes nomen meum, gloriam amplabis.*

Quocirca sublimitas tanta debetur puritati, quæ dum in cælo altissimũ quæsiit Sponsum, profectò & ipsa, humilitati subnixa, altißima dicenda est; tanto exporrecta culmine, quanto Verbum illud ineffabile, Paternis delitescens visceribus, càsto hausit pectore, mente fouit, nutriuit Caritate; totumq; ideo fine, vt in tot mentibus, cordibusquè filiorum, exemplo vitæ, pietatis disciplina, castißimè parturiret.

Longitudinem interim, atquè adeò ipsam supradicta Maternitatis latitudinem contemplari libet. Speculemini, quæso, quàm procul, iam non à freto Gaditano, vel vt olim, ab vltima Thule, sed à remotißima orbis noui parte Cancri Tropico subterposita, cui Castaneæ forma insignis adiacet Hispaniola, vbi Guadalupea Insula, non vt quondam, psitacis & a-

& acredulis, sed ipsum iam cælestem Sponsum, iugi cantu prædicantibus abundat choragis; vbi demum Æquatori militat Cuba; Terra sanctæ Crucis; Terra Paria, & plures aliæ, iam non Aruræ, sed integræ mundi subsunt portiones: ab his omnibus in vniuersas terrarum partes dirigite mentis lumina. Itè per vicinam vobis Europæam abundantiam; peragrate solitudines Asiaticas, Orientis Indiæ attingite scopulos, & sic iterum in orbem acti, ad Affricanas reflectimini vstiones. Inuisite Australi Polo subiacentes Antarcticas regiones; ibique, si frigidam non valetis, torridamquè adire zonam, attingite temperatam, & inde in amœnas latitudines, noster vos apprimè temperatus recipiat Septentrio venientes. In hac vestra mentis peragratione longiori vbicunque reperietis CHRISTI *vestigia, Ibi nomen* THERESSIÆ *Matris, ibi gloriam laudesquè audietis.*

Illa est, quæ Liberi Patris, veritate liberâ, falsitate fretam ac seruilem obscurauit famã, dum liberiori, sacratissimâ tamen, quia cælitus inspiratâ, freta mentis magnitudine, studiosa Pietatis, vtramque orbis metam, vnam quidem (affirmante Dionysio) in extremis A-

sitæ sitam partibus, alteram in patrio monte Calpe dicto, vicinoque huic opposito, Abyla Africano; falsò terrarum, irrisit limites, & inde superatis his, plùs vltra progrediens (postquam diuinitus ausa se credere cælo) ad nominatum Æquatorem, Orientalesque Indias, colonias deportauit. Igitur, verbo dicam, non esse locum Christiano sanguini, neque ditionem adscriptam Pietati, quam sol oriens, & in occidentem regulari properans motu, inspiciat; vbi Rebecam nostram, magnarum gentium Matrem Virginem, illiusquè singulare nomen, eo quo habet, sensu celebrari non percipiat, vbi non addat pietati lumen, testimonium Sapientiæ.

Porrò Sapientiæ admirabilis profunditatem, Sacrosancta & vniuersalis veneratur Ecclesia; vitæ sanctimoniam in tantum extollit, vt non sit Ordo neque status aliquis, qui in eius laudes celebrandas non excurrat. Illam Summus Pastor Ecclesiæ sanctæ, nupernus ille, de longè portantis panes suos, Nauis cælicæ Proreta vigilantissimus, dum ad munus Apostolicum, fundendumque pro CHRISTO *sanguinem, à lacte fermè, speciali motione sancti Spiritus conuolantem contemplatur; puellam, ne*

dum

dum annorum ſeptem, Regis ſuperni Nuntiam, victimam Charitatis, tam præclaris inſigniuit encomijs, & quàntâ erga THERESSIAM afficeretur pietate, non poſtrema declarauit nota.

Huc attingunt diſcretionis lumine, vitæ ſanctimonia celeberrimi Sanctus P. FRANCISCVS de Borgia Soc. IESV Gñalis, alterq́; V. P. PETRVS de Alcantara viri plane Apoſtolici, Spiritu precum, laude pœnitentiæ cælis acceptiſſimi. Quorum primus viſam ſemel vt eſt allocutus virginem, ſancti Spiritus certiſſimum domicilium: alter, quidquid illa præſeferret, id à Dei Spiritu proficiſci, manum excelſi & opus Dei eſſe, irreuocabiliter affirmarunt.

Quid memorem Eccleſiæ militantis tot agmina Præſulum, probatiſſima Scriptorum luminaria, quid propenſa pietatis erga Matrem ſtudia, vltra decem grauiſſimos Authores, ſingularibus complexa voluminibus. Præit in hoc ordine eruditiſſimus Pater ac Doctor FRANCISCVS de Ribera Soc. IESV, qui ſepoſitis interim non minoris curæ, in quibus laudabiliter excelluit, commentarijs; ob ſublimes gratias, quas mediantibus ſanctæ Matris pre-

cibus à Deo receperat, perfectus cultor gratitudinis, quam corde praeconcepit, ætate iam senescente, cygno suauius, stylo ac manu, de vita Matris Nostræ, volumen librorum quinque, non minùs erudite, quàm probatè cõposuit. Eoq; processit pietatis, vt in testimonium & informationem, quæ tunc in ordine ad Canonizationem petebatur, quidquid hac de virgine conscripserit, illud verissimum esse; vtpote, quorum is, à fide dignis plurima receperat, quorundam, testis occulatus ipse fuerat, sub iurisiurandi Sacramento confirmauit; & tam nobili, pro Coronide pietatis clausulâ, subsignauit. Et reuera, quantocunquè in illâ affectu motus est; totum id in illius, qui in Matre THERESSIA, *tantis cernebatur magnificentiæ documentis, qui nec falli poterat, neq; fallere; redundauit veritatem.*

Horum omnium euidentius testimonium trahi poterit ex ipsius libris admirandæ Sapientiæ. quos illa ad stuporem orbis, illapso mentis suæ, cælesti lumine, æterni fœcunda VERBI *præsentiâ, Spiritus sancti disciplinâ erudita, æternum Sapientiæ suæ monimentum, Magistra orationis; Mysterij SS.* TRINITATIS, *efficacitatis Diuinæ gratiæ, vicinior ac mode-*

stior

ſtior contemplatrix, iam paſſim ex vernaculâ lingua, vario circumferri ſolitos idiomate, à ſe conſcriptos orbi tradidit, & quantâ viguerit luce, diuinæ flammæ causâ nobiliſſimâ, Eccleſiæ S. teſtatum dereliquit.

Nec ſit mirum tantâ profeciſſe diſciplinâ, cui Chriſtiana, ipſamet ſummitas Theologiæ, Beatiſſimi PETRVS & PAVLVS, *Principes Apoſtolici, tam frequenter viſi ſunt adſtitiſſe, tam ſublimiter ad hæc omnia releuaſſe, opemq; ſuam aduerſus tenebroſam dæmonum operam promiſiſſe. Vbi demum Sacratiſſima* TRINITAS, *modo ſpeciali, paucioribus amicis ſuis adaperto, præſentialiter Deus in tribus Perſonis vnicus, qua ſolet corda dilectorum habitare & ibi diffundi, in corde* THERESSIÆ *profuſus Charitate, voluptate maximâ, tanquam cognitus in cognoſcente, & amatus in amante, intimiùs morabatur.*

Viſio, ſeu contẽplatio ſpiritualis pulchritudinis, apud Angelicum Doctorem in Summa Theologica, amori ſpirituali cauſa eſt; & quoniam amor non ſtat otioſus, tantam alicubi dari neceſſe eſt ſanctitudinem, quanta Charitas; tantam Charitatem, quanta Contemplatio; tantam deniq; contemplationem, quanta

Deũ

Dei præsentia, quanta cum eodem, per fidem vnio & connexio. Hìc autem, Dei maximã Charitatem, probat affectus Charitatis, scilicet zelus, affirmante Doctore supradicto, in rem amatam motus vehemens, quo succensa, septennis etiam pro redemptis Christi *sanguine optauit non ipsum anathema fieri, sed mori quoquè, idem pro qualibet, vel minimâ, vti præscrebat, S. Ecclesiæ, præstitura ceremonia.*

Et quidem soror Christi *paruula, sic affecta manserat, quid iam crescente Charitate sponsa facta?[2] Anima illius liquefacta est, vt locutus est Sponsus* Theressia tota mea, es, & ego totus tuus.

Tu verò deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem; *Illi proinde seruiet, quod à Psalmographo de cælesti Sponso suo scriptum est, zelus domus tuæ comedit me,* Carmeli *scilicet, plantationis Marianæ zelus, quam decet sublimior sanctitudo, comedit Seraphicam virginem, ac veluti spiritale alimentum in substantiam transtulit aliti, vt sit iam non zelans, sed ipse zelus, flammâ viuidus, feruidus Charitate. Zelus ille sit, quali deflagrauit* Helias *Pater, Dei gloriæ promouen-*

mouenda studiosissimus; quo pertracta postquam seipsam ad primæui instituti reuocauerat obseruantiam, admirabili, specialissimo enituit voto, vt quidquid fore perfectiùs intellexerit, in illud conatus suos animosior protenderet; id faceret, quod futurum Deo gratiùs iudicaret. Subinde, proposità virginibus primò, viris deniquè, in qua sic excelluit Regula; omnes hos in sublime sanctimoniæ prouocare; vniuersos, vitâ spiritali perfectissimè studuit animare.

Et quamuis consortio solius bonitatis diuinæ, pro viribus nostris, verbo ac exemplo constituisset primariò deligari nos, nihilominus vt sit zelus diuinissimus, (asserente Dionysio. Diuinorum omnium diuinissimum esse cooperari Deo in remissione peccatorum) actiones nostras, licet secundariò, ad proximos etiam voluit prorogari.

Inde processit, vt tanta illi fortitudo fuerit, quantus feruor; imbellis virgo & inopia pressa, humanâ destituta iuuante manu; repugnante, fatigata plurimùm, contra se furentis orbis impetum, in omnibus fermè concitatum statibus, vnica mentis freta magnitudine, potis fuerat sustinere: & pacatis motibus eius

(tantam

(tantam fiduciam præmiante Numine) saniori collectum animo, ad intentum suum, reuocare.

Hic iam quo ingenio, quibus verbis, quo colore mihi vtendum est? superuacaneum credo tabella digitali, longam virtutum, quam peperit Charitas, recensere speciem; illam fidem viuacissimam; quà, profundâ Deum, pro hoc statu, elongatum nebulâ, caliginosa per itinera, irreuerberato mentis oculo; purâ, simplici, & quo adfieri pro nunc licuit, splendidissimâ spei fulcitam ancora, Deum indagare; inuenire Fide, abnegatione possidere, possessum in Cruce desponsare licuit virgini: Ibidemquè, ignotus plurimis, leges disciplinæ sacratioris, quas traderet Filijs non in lapideo cordis diptycho, sed in pario dilectionis marmore; leges, diuinæ Charitatis exaratas pollicè, amoris indices plenioris, profusas à corde spiratoris leges diuinissimas; ab eodem, non in Sanai Arabico, sed in Carmelitico celsiori culmine, præstitit obtinere.

Quibus heroici pectoris ausis id obtinuit, quo Heliæ, Protoeremitici Ordinis Patriarchæ sublimem palmam præreptum iret, vt esto primus, is tamen iam non solus, tantæ pietatis,

tanto-

tantorumquè Author fieret filiorum.

Adeò præaltas in illa radices firmauerat sanctitudo, vbi etiam integras vires suas explicabat, vt quantum posset alibi, hac in virgine comprobaret. Quare, iure merito Didacus Iepesius, præstantissimus Tiriasonensium Episcopus, Hispaniarum Regi, Philippo Secundo à sacris Confessionibus, vir eruditione, prudentiâ, integritate vitæ nobilissimus, in suo volumine, quem in quatuor digestum Libros de vita M. THERESSIÆ *composuerat, in has laudes proruperit. Munificentissimum cœli Dominum, tantis gratiarum prærogatiuis sanctam hanc, corrogasse virginem, vt quas magnis ille Sanctis dare diuisim consueuerat gratias, has omnes, & simul iunctas infuderit hic, intantùm, inquit Author, vt dum fauores ac delicias, quibus eam Dominus cumulauerat, nec non amoris, quo cum ipsa egerat, considero teneritudinem, tam ingentem ac singularē eam recognosco, vt parem, vix vnquam legerim, vel audiuerim. Et prosequitur, tantas eluxisse charismatum excellentias, quibus inter sanctas plurimas emineret fœminas, & (quod sine vllius iniuria dici voluit) fieret inter omnes absolutior.*

In cuius

In cuius ergo excellentes, tanto promptus encomio, in diuersis ordinibus vniuersus fermè orbis conspirauerat laudes; ego solus qui memoratæ virginis schemate insignitus filiali, inter classicos illius ordines stipendia mereo, & ad illam mentis requiem, quam virgo nobis, millenis parauerat, meis aspiro laboribus;

Egone solus, solus in terris piger
Tenace figor pondere,

Et Amyclis taciturnior, ore stuporequè Harpocratis, silentioso mutus premor onere, neq; contendo maternis laudibus, à tot extraneis etiam viris, non minùs doctrinâ quam sanctitate conspicuis, epodicè licet, vt potè impari numero & effectu, pari tamen affectu respondere?

Absit hæc torpida mentis apatia, illa Stoicorum ficta cordis indolentia; vt non gaudeam æquè de Matris gloria, quam de mea, cui respondendo impar sum, minimè erubescam insufficientia. Quid ergo præstiturus? litabo pietati.

Atys Cresi Lydiæ Regis filius mutus ab infantia, cum in prælio militem cerneret Parenti suo necem, educto machinantem gladio, nimiâ pietate linguæ vincula rupit, & sonorâ

voce genitori vitam deprecatus est. Tantùm poterat, infima quoquè erga parentem, quæ muti lingua filij solueretur, naturalis pietas? & non plus illa poterit quæ à Superno fonte prodire solet, erga tantam Matrem, quæ sanctiùs Mater est, sublimior pietas? Profectò sanctior hæc, quæ linguas paruulorum disertas facere, & ex ore infantium solet eruditas deducere laudes, me solâ fretum gratitudine, eò perductura est, vt ad educti Verbi Diuini motum gladij, quem tot sanctissima, in Ecclesiâ militantium ad nutum pietatis, in laudem Matris nostræ vibrant agmina, cogar exclamare; & iam, non vitam deprecari Matri, hanc enim credo immortalem, quàm de tanta promptitudine, in tot eruditissimis manifesta viris, gratulari nobis; & Magistra pietate, si quid valeo, mucronem verbi, sermonisquè stylum, ad exemplum aliorum, in laudē THERESSIÆ *virginis, affectu distringere filiali.*

Nec inanem spero laborem fore, quem etsi nulla Chrestologum reddit facundia, commendabit ipsa materiæ dignitas, commendabit materna sanctitas. Quodsi, & promissionem sancti Spiritus in se veram, in præsenti præstolor adimpletam, commendabunt illæ opes

diuinissimæ, de thesauro, in agro virginali recondito, in exhibiti materni honoris præmium, si non recensitæ, hoc enim non est huius loci, neque temporis; certè requisitæ: & quantum pro nunc licuit, hocce compendio breuiori, quo faciliùs ad notitiam venirent plurium, colligatæ.

Ecquidem ego nupernis peractis cursibus, vt leuiter virgineam inspexi gazam, vt ipsa beatissima, anteacto prædicta tempore, & à Propheticis exquisita cultoribus disquisiui fossilia; tãto illá Charitatis auro, fidei lumine, sapientia gemmis, cæterarumque virtutum exaluminatissimis completa inueni vnionibus, vt suo splendore quaquam superfuso, facilè me docuerint superficiali non egere coloris vmbrâ, & per intimum deaurata radium pigmẽta per obscurum inumbrantia, nisi qua suggerat ipsa pietas, detrectare.

Ita ergo constitutus inter hæc, more tyronum in subactam irruentium ditionem, qui vt aliquam Tyrum diuitijs æstuantem, incendêre gladio, in illius distrahenda irruunt gazophylacia. Vbi prædæ destinatis ærarijs, hæc vt inspiciunt omni referta ditiori copiâ; hic auri pondera, ibi argenti centipodia, illic vni-

onum

onum struem, ibi aceruos lapidum, alibi serica auro texta, omnisquè plenioris abundantiæ complitum hypogæum; Quid faciant inter hæc? stupet animus, & per oblata bona, incõsulta inspectione exacta mens, quo se vertat, & quid arripiat, non facile determinat. Traheret cuncta si posset, singula tamen prosequi non conceditur, & dum quibusuis iubiat æstuosa bonis, aut nulla prendit impedita, aut cursim admodum, & per coactam festinationem quæ priùs ocurrunt, illa surripit; vbi sæpiùs auiditatis pondere fatigata, præstantiori derelicto, illud quòd est posteriùs, nimiâ festinatione secum effert præpedita.

Ast non omnimoda inter nos inest paritas; illis enim, ad eundem locum in amplius deprædandum, nisi forte petant vacuum, nulla porrigitur occasio remeandi: mihi, si quas indigestâ lucubratione paucas admodùm congessi diuitias pietati, iterum patet aditus. Ipsa quoquè benignissima Parens, filialibus annuet votis, & laboris mei primitias, in illis omnem styli non disquirens maturitatem, materno prosequetur vultu.

Ibit interim pietati studiosa in maternas laudes candidata proles;

Effodientur opes, irritamenta bonorũ, *nullo vnquam tempore defectibiles, liuore nullo peritura opes. Summa & apud posthumos manebit laus* THERESSIAM *virginem. Vigebit illa, simulque, vt prauidit, futuris temporibus florescente Religione Mariana, ipsa quoquè omni virtutum polymita flore, exemplar sanctimoniæ, puritatis norma, instar lilij virgo floulenta in aspectum vniuersi, eo decore quo sacratur, elucescet.*

Exibunt interim Laudum Tomi, Pietatis volumina, librorum commentarij. Ibunt in viscera Sapientiæ latitantis. Omnes demùm huc ferentur, vt Pandoram hanc nobilissimã, quam Pater æternus maternitate singulari; Dei Filius THERESSIÆ *Sponsus illustri Sapientia; Spiritus sanctus, speciali vitæ sanctimonia, tota inuicem Sacratissima* TRINITAS, (*quãdo illud intonabat.* Vide filia quib⁹ se bonis priuent peccatores) *his, & quãplurimis alijs decorauerat charismatibus virginarijs; hanc illi ipsi virtutum eius cultores eximij, suis elogijs, lucubrationibus, ecclogarijs celebrare non desistent: & hîc apprime seruiet.*

Cæteris ornant moritura frontem

Serta,

Serta, te virgo moriente nunquam
Flore Carmelus tegit, & perenni
Fronde coronat.

Quid ni Carmelus ornet virginem ac matrem suam flore suo? quam ipse Sponsus Deus, post constructum primum, Nouæ Reformationis in vrbe Abula Monasterium; dum mentali orationi instanter vacat, & vlteriorem statum nouellæ Plantationis illi confert, immortalis Coronâ floris de quo dicitur, ego flos campi; ob varia in eiusdem seruitio pressa obsequia festiuissimè coronauit.

Quæ gloria, adeò excelsam illam, ad vlteriores subeundos labores perunxit mentem, vt per mille pericula & obstacula, ad illud cuius arrhabonem acceperat diadema incessanter aspiraret. Hinc illæ voces poetidis nostræ ab intimo depressæ pectore, amoris vim, quo instanter cremabatur, contestantes. Morior dum cesso mori, tacta spe sublimiori; *Spe nimirùm gloriæ immortalis: ad quam cōparatas contempserat armillas Sicinij, ambitiosas Romanorum bullas, ridiculosas Pelasgorum perstrinxit cicadas; aduentitium illum derisit Torquati Manlij casso Gallo detractum torquem. Et in vniuersum, omnem mundi gloriam,*

am, vt par fuerat tantæ virgini, generosè fastidiuit.

Huic ego Virgini ac Matri Nostræ, ne in tam sublimi desim gloria, cum aliud non suppetat iurato CHRISTI *pauperi, id muneris affectu filiali præfero, quod simul, qua tantam decuit honorari matrem demonstret gratitudinem, & vlteriori se maternæ gratiæ insinuet comparandæ.*

Has igitur corollas de virtutum illius collectas floribus, materno imponens virginali vertici, in illā refundi posco quod de quopiam dictum est. Seruiant tibi populi: & adorēt te Tribus, *scilicet in diuersis Regnis Religiones Reformatæ*; incuruentur ante te filij Matris tuæ, *nimirum Gloriosæ Virginis* DEIPARÆ *Filij*; Et qui benedixerit tibi, *inter quos numerari cupio*; benedictionibus repleatur.

AD RE-

AD RELIGIOSISS: & ADM.
R. P. F. FLISEVM à S. M.
Antiquiss: pariterq; Sanctiss. RELIGIONIS CARM. DISC. PROFES.
EPIGRAMMA.

DVm tua dulcisonæ contemplor sistra Mineruæ:
O Pater, ô doctæ lausque decusque Lyræ ;
Protinus arridens, & te defixus in vno
Talibus exclamat Phœbus ab arce Poli ;
Hic nouus in rigidis vates regionibus, omnes
Carminibus superat qui cecinêre Duces.
Quid frustra ampullas, & sesquipedalia iactas
Nomina, deformis Naso, Tibulle, Maro ?
Quàm pius ingenio, quàm fit mirabilis arte,
Quam bonus eloquio, discite laurigeri.

M. IOAN. CYNERSKI Rachtam. Coll. Maior. S. Th. Sentent. SS. Omnium. Præp. S. Flor. Dec. Fund. Petr. Historiographus,

IN AVGVSTISSIMVM NOMEN S. M. THERESSIÆ.

PRodigiosa bonis bene dicta TERASIA Grais,
Nomen id hoc resonat nobile prodigium.
Hanc vocat HELIÆ Sanctissimus Ordo Parentem,
Virgo tamen Sponso iungitur æthereo.
Vltra quid memorem miracula summa TERASSÆ ?
His nemo binis altiùs ire valet.
His binis CHRISTO propior stat Virgo MARIA ?
His Matri propior nata TERASSA stetit;

IN

IN RELIGIOSISSIMUM AUCTORIS OPUS.

MOnstrat pellæum iuuenem quod Curtius orbi,
 Gentem Romuleam Liuius, atquè Duces:
Laurigêrum Princeps vatum, quod canret Achillem;
 Quoduc Maro Æneam: laudis honore vigent.
Auctor Sancta refert pius hoc opere acta TERASSÆ;
 Non iam laude ipsæ; dignus at ille Polo.

M. ALBERTUS DABROVVSKI, Coll. Maior. S. Th. Profess. Dec. S. ANNÆ.

EPICINION

AD MUSAM R. P. F. ELISEI à S. MARIA.

Metrici Scriptoris VITÆ D. MATRIS V. THERESIÆ.

HÆcne Theresiacæ veneranda volumina vitæ?
 Hic suus è thumulo rite perennat honos?
Prosper Apollo vide? tuus hic de stipite Natus.
 Hæcque tuas inter Nympha dicata Nurus.
Sic oculos, sic illa manus, sic ora ferebat,
 Vt Musam posses dicere iure tuam.
Scripta quoquè Entheo quæ dantur acumine, nostro
 Calliopen æuo prosilijsse probant.
Nêu dubites, CARMELVS adest vbi sacra Poetæ
 Nomina virgineis associata choris,
Assiduas inter laudes Pæana frequentant
 Non secus vt Graijs ex Helicone plagis.
Ergo quid interfuerit? CARMELVM, Heliconane visas?
 Simodò Castalijs floret vterq; è metris.

AD

AD AVCTOREM.

Non Helicona volo, CARMELVM intrate Poetæ,
 Vt Phæbi vates dulce canatis epos.
Hic Prior HELIAS celeberrima gloria vatum
 Alter HELISEVS noster Apollo viget.

M. MARTINVS RADZIMINSKI, Coll. Maior Regius in Acad. S. Th. Profess.

Adm. R. P. F. ELISEO à S. M. C. D.

M. FLORIANVS LIPIECKI, in Acad. Crac. Coll. Min. Profess.

Lusu Pierio Applaudit.

Viderat æthereo fors mundum Christus Olympo
 At suus in mundi pectore frixit amor.
Vidit, & indoluit; sic sic focus ille, Prophetæ
 Quem struxere mei, nil nisi frigus erit.
Seraphicam mens est igitur misisse THERESSAM,
 Quæ pellat mundi pectore frigus, ait.
Cuius ELISEVS castos quia spargit amores,
 Sit nostri, atque hominum pectoris alter amor.

II. 4. Reg. 2.

Pneuma duplex quondam Sanctus poscebat Eliséus,
 Sed simplex in eo quod requieuit erat.
Forsitan hæc nostrum spectabant præmia vatem,
 Ille Propheta simul quando Poeta fuit.

III. 4. Reg. 3.

Ad cantum dextram Domini suscepit Eliséus,
 Psaltes qui cecinit versibus alter erat.
Ipse sed accinuit Psaltes dum noster Eliséus
 Totus in hoc resideт pectore nonne Deus?

IV.

À Musis Muséus, à Pindo Pindarus exit,
 Virgilius nobis, est quasi Virgineus.
Martia lis lybico donauit nomina vati
 Noster ELISEVS dictus ab Elisijs.

APPRO-

APPROBATIO.

R. P. F. CÆLESTINI à SPIRITV SANCTO.

SACRI DESERTI S. P. N. ELIÆ, PRIORIS FF. CARM. DISCALC.

E Flosculis suauěolentibus vitæ, gestorum ac miraculorum florigeræ vitis D. THERESSIÆ à IESV, apis instar argumentosæ dulcia mella legentem, suauique ac numeroso stylo, in fatiis EPIGRAMMATVM ac LYRICORVM altèreceondita, diuorum cultoribus ad degustandum proponẽtem, R. P. F. ELISEVM à S. MARIA, nostræ Discalc. Carm. Familiæ alumnũ, maxima cum voluptate maturiùs inspexi, & seria meditatione perpendi iussu A. R. P. N. MICHAELIS ab Annunt. Visit. General. Prou. Nostræ S. SPIRITVS in POLONIA. Vbi omnia dulcore manantia, apprimè elaborata, eruditione & acuminum varietate suauiter digesta reperi, vt non solùm iure petant in lucem edi, sed

Linenda cedro, & leui seruanda cupresso.

ad immortalem gloriam Seraphicæ Virginis & Matris Nostræ, ad spiritualem prælibantium, cum animi dulcedine profectum, videantur. Sic censeo, voueo, & desidero. Dedi in Conuentu S. Deserti SS. P. N. ELIÆ 25. Februarij. Anno Salutis 1650.

F. Cælestinus à Spiritu sancto.

EPigrammatum Lyricorumque Libros à R. P. F. ELISEO à S. MARIA de vita, Gestis, ac miraculis Seraphicæ Matris nostræ THERESSIÆ à IESV compositos, ex Commissione Illustrissimi ac Rñdissimi D. D. PETRI GEMBICKI, Episc. Crac. Ducis Seueriæ, summa

summa cum voluptate legi. In quibus quia nihil sanæ doctrinæ aduersum, omnia verò singularem pietatem, profundamq; viri eruditionem redolentia reperi. Ideò luce publica, eruditorumque oculis censeo dignissimos. Crac. ex nostro Conuentu SS. MICHAELIS & IOSEPH. Die 8. Martij. Anno D. 1650.

F. Alexander à IESV, Carm. Disc.

FACVLTAS

R.P.F. MICHAELIS ab ANNVNT. FF. DISCALC.

ORDINIS B. V. M. de MONTE CARMELO. Congregationis S ELIÆ Prouinciæ S. SPIRITVS in Regno POLONIÆ & M. D. LITVANIÆ.

VISITATORIS GENERALIS.

CVm Libros quinque LYRICORVM, duosq; EPIGRAMMATVM, de vita, Gestis, ac miraculis S. THERESIÆ à IESV Virginis ac Matris nostræ, à P. F. ELISÆO à S. MARIA, congregationis nostræ Professo conscriptos, duo eiusdem Religionis Theologi, quibus id amandatum fuerat, recognouerint; & in lucē edi posse comprobauerint; Facultate ad id mihi data ab Adm̄ R.P.N. LAVRENTIO à S. ELIA Præposito Generali, potestatem concedo, vt typis mandentur. Datum Visnicij in Conuentu nostro SALVATORIS. 12. Martij A. M.DC.L.

Fr. Michael ab Annunt.
Visit. Generalis.

Imprimatur. STANISLAVS ROZYCKY, I.V. Doctor, V. Acad. Crac. RECTOR.

AVCTOR

❧)(✠)(❧

AVCTOR
D. MATRI THERESSIÆ.

GEmmas antefero, coagulati
Non sunt æquoris exaluminatæ
Expensæ, tepidiquè dona Gangis,
Deuoluô lapides, voraginosa
Impacabile lympha corde non quos
Erythræa parit; Silentiosa
Quod nec CZERNA, premens biforme marmor.
Hic non succina, quæ deosculandis
Culmis Naruia, balthicumque littus
Fundit, consecro: sint inarefactæ
Algæ basia. Quid? negocialis
Scrutet munera mentis? exametur
Aurum lucifugis, Negotiator
Quærat Chrysolitos, topasiosquè,
Sardas, corallium. Futura quæuis
Tophus pertenuis, metalla prosint
His, quos dira fames repastinati
Argenti tenuit; Recolligatur
Extremis ebur elegans ab oris.
Quam tellure tuâ Deus latere
Gazam iusserat; & per, antedixit,
Fossores, cumulatiore cæli
Plenum fossile copiâ: coarctat
Quod non tempus edax, apollinari
Indemnique stylo cauans, reperta
Ornamenta fero, Theressiano
Millêna capiti sacro corollâ.

LYRICO-

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

LYRICORVM LIBER PRIMVS.

CARMEN SÆCVLARE.

IESV CHRISTO SALVATORI *VIRGINI DEIPARÆ* S. MARIÆ DE VICTORIA ROMÆ.

ANNO IVBILEI M. DC. L.
In apertione Portæ Aureæ.

AD SS. D. N. INNOCENTIVM X. Pont. Opt. Max.

ODE I.

ANtelucano Genitoris ore,
Mente sublimi Genitum Paternæ
Configurata, Generale Verbum,
Luce profusum.
Conscîam IESV, tenuemquè mentem;
Os inornatum, similemquè linguam,
Cor pruinosum dirimens, calenti
Impete lustra.
Insit elingui radius loquelæ,
Prosit ardori sociale lumen,
Da Marianas cumulem perenni
Carmine laudes.
Virgo conformi, solidaquè mente,
Quam Prophetarum celebrat per annos

Ordo millenos; mihi certa salue
Vita decusquè
O inaspectæ solium Paternæ
Mentis, æternæ veneranda Mater
Lucis; ô almi thalamus, rubusquè
Flaminis ardens.
Tu reluctatâ vigil in procella:
Cymba mergendis; Cynosura pressis
Mentibus fluctu; pauidoquè mersis
Æquoris æstu.
Heu procellosos cohibe, vetaquè
Hostium fastus: melicâ, (timore
Dissito) comple graue, suauitate,
Pectus, & ora.
IVBILI tempus micuit; serenat
Innocens Regum moderator, inter
Astra sol, toto regimen supernum
Orbe refusus.
Ille conatu facilis quieto
Orbis affecti iubar arbitrale,
Inter instructas mediator, alma
Pace Phalanges.
Ille diuino venerandus ore,
Traxit amplexu sobolem paterno,
Sæculi centum reuocauit INNO-
CENTIVS annos.
Millies Virgo benedicta, centum
Hos, & implendos benedicat annos
Quotquot æternâ statuit voluntas
Tempore volui.
Sit tibi lenis facies, genæquè
Gratijs vernent; pietatis afflet
Vultus enthecas; solitumquè præstet
Dextra leuamen.
Sat tibi lenis facies, genæquè

Gratijs

Gratijs rident; gerit inuocata
Dextra tot vires, quot eburnus haud fert
Istula guttas.
Frons verecundo gracilis nitore,
Coccus immuni dominatur ori,
Pexiles cirri superant comatum
Iasonis aurum.
Mens odorato redolens amore,
Subditi cordis violas; vtroquè
Vultus aspectu facilis disertum
Spirat amomum.
Cælico tellus cumulata rore,
Purior cælo faculisquè Phœbi
Igne diuino calefacta, diuo
Fragrat odore.
Quid manus pandam niueas, eburquè
Eloquar colli? rubeiquè vittam
Oris? Anchiten capitis, trahendi
Numinis ansam?
Lcae stellarum diadema, sacri
Verticis donum tenuis Mineruæ
Laude complectar, pedibusquè strata
Cornua lunæ?
Te, superfecto tibi sole qualis,
Antesignanâ trabeâ coruscas,
Mente (sublimi merito) creata
Celsior omni.
Quod maritando thalamum pudori
Præstitit; summæ fidei lucerna
Cor; perinsignis celebretur almi
Apsis amoris.
Cor inumbrandæ, superuncta, Lucis
Ara; qua VERBO stetit explicando
Peplus illustris, caro; sempiternæ
Organa laudis.

Filiæ Regis, Genitricis Alti
Numinis; cultus, reuerensquè vultus,
Et nitor, qua lux Deus acquieuit,
Venit ab intus.

Hinc olorinâ, parilìquè dignam
Voce; decanto sterili; Tyrumquè
Insequor; solis iubar obstinato
Fune ligantem.

Stella viuenti sociata soli:
Lumen æterni coamicta verbi;
Effugit mentem; specieque fusa
Astra fatigat.

Innocens quod si pietate; quamuis
Innocens non stet, quia comparando
Non stat ardori; rudis ornat ipsam
Musa Figuram.

Clangit: haûd solam; peragrasse motu
Vnico cælos adamans; eandem
Ter salutatam colit arcuato
Poplite prona.

Hæc inhumano fodicata cultu,
Vniuersales oculos, columba
Cautionalis caperauit inter
Hæresis vmbras.

Hæc perangusta tumulata terra,
Rudus inspersum coamicta curru
Mox deaurato celebrata, denso
Rudere victo.

Munis Heliæ soboles, paterni
Compos ardoris; Dominaquè dignus
Voce, restaurans oculos, eosdem
Commodat orbi.

Nuper artito radiata visu,
Fert coloratum perijsse visum

Tetius

Totius nunc iam famulis dirscit
Visibus orbis.
Ille mentali celebrandus igne
Cæsar obliquos potis in Bohemos,
Hanc coronauit celebrante FERDI-
NANDVS honore.
ROMA suscepit dominata latè;
Orbis immotum caput: absolutæ
Laudis exemplar; thronus, euidensque
Regia Christi.
Vrbs triumphali venerata tæda;
Tybris obstrictâ famulatus vndâ;
Ore CARMELVS resonat Parentem,
Corde receptam.

D. IOSEPHI, SPONSI DEIPARÆ VIRG:
Religionis Marianæ Protectoris;

Vitæ, meritorumq; corona texitur, septem doloris lapidibus pretiosis, totidemq; gaudij constans gemmis.

ODE II.

SEptemplex lapides gemma palæstricos
Deuicit lapides gemma coercitos,
Disrumpensque grauamen;
Septem serta recensuit.
Hoc primum capiti sit; lapis Aëtites,
Quem si concutias viscere concauo,
Conformem parituras
Ilex insonat Aëtites.
Virgo castifico flamine concipit;
Naturam patria vicit imagine.
Hæc MIRANDA, dolore
IOSEPH comprimit intimo.
Fulget CHELONIÆ gemma, propheticus
In somnis hilarat spiritus; edocet
De cælis oneratam
Summo lumine virginem.

Christi pauperies, ALLO domesticus
Fabri lucificum pectus acuminat,
VERBVM nascitur inter
Brumas, brutaquè rancida.

Adsunt Angelico carmina dramate,
Longinquis vigiles Regibus accinunt;
Pastores venerantur;
Reges munera deferunt.

Assumptâ Deitas carne recanduit,
Manali bonitas emicat Iride,
Diuinis APYROTVS
Iam carbunculat ignibus.

Radit non corium, carnis AGERATVS;
Circumcidit itans altera Sephora,
Petroso Synagoga
Christum stigmate lancinat.

Mortis carniuoræ vectibilis plaga,
IOSEPHI malacum pectus amaricat.
Gaude: CEPIONIDES
Instat gemma perutilis.

Turbari speculum flens Homousium,
Saluatoris onus mente renuncia
Illic vidit: ouansquè
IESVM nomine censuit.

Ardens ASTRAPIAS ore cyaneo,
Pilum fulmineo proijcit impetu,
Vibrans alba salutis,
Mortis tela subingerit.

Prædicto Simeon ense feroculus;
Cor promittit vtro vulnere virginis:
Immitiquè dolore
Consternare DEVMPARAM.

CARDISCE rutilat; disce Dracontiam;
Ereptas cerebro dæmonis inuidi:
Gemmantes animas; hæ
Gemmæ lætificant tuam.

Herodis rabies anxia prodidit:
Flores Martyrij; prauus ANANCHITIS
Numen perdere quærens,
Hebræo pepulit solo.
Ægyptum properans nube super leui,
Eluxit subitò gemma CERAVNIA:
Confregit simulacra,
Lauit stagna mephitica.
Excors ANDRODAMAS sanguine profluus,
Turbauit reditum: Luciferus lapis
Archelaus atroce
Regnat pectore subniger.
CHLORITES viridi fronte smaragdinus,
Quem cælestis AVENS protulit aliger,
Altis prodigiosum
Astris auxilium tulit.
Consolatur auis frigus oporinum,
Ceritusquè chalybs, brumaquè canuit.
Omnes hos perijsse
Qui struxere pericula.
Aurum Diuinitas, AMPHITANE tenax
Id scalpturierat, traxit amabile
Aurum: trina supernum
Heû solem rapuit dies!
IOSEPHVS doluit, noctis inhorruit
Vmbras; cum subitò lumine tertio
Conuota astra perennem
Inuenere meridiem.
CHERNITES ebori consimilis, noua
Mausolea dedit: sic etiam caro
Antiquata resolui
Putri puluere nesciji.
Corpus virgineum non decuit mori;
Iuratamquè Deo stertere dexteram
Amplexuquè sacrato
Poctus non solidescere!

S. MATRI NOSTRÆ VIRGINI THERESIÆ.

Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. V. C. D.

ODE III.

ZElabis, inquit, CHRISTVS imperterrita
Fluctus in aduersarios.
Zelabis ohe Sponsa dilectissima
Meos honores peruigil,
Ipsumquè vitæ Nomen Admirabile,
Meam perennem gloriam.
Proterua plectes monstra corde flammeo,
Tantaquè perdes dextera,
Quali tuus Sponsus cruentus ferreo,
Orcum fatigauit, stylo.
Quibus fuganda lena babilonico
Profusa vase clauditur.
Eliminabis, ædium crudelia
Erraticarum limina:
Exterminabis fæcutina dogmata
Thesesquè tractas inferos.
Pronus decem, Lutherus, ante cornua
Draconis esca perdita,
Pecus rebelle, bullualis hostias,
Ipsum nefas, crimen, scelus:
Vitæ tuæ proffundatus plantâ fremet,
Themiquè corruet sacrâ:
Caninus, alter furor expiabilis,
Sacram luet propaginem.
Clauum, calente, virgo prudentissima
Versatilem stylo, cape:
Clauamquè factum, cælicâ, contra stygem,
Acuminatum cuspide.
Hac latro dæmon; schisma turbidum; caro;
Orbisquè luridus, cadunt.

Bor-

Portenta marcent quæquè, non expertia
Virtutis indomabilis.
Sinistra clauum porrет, exoptabilis
Timoris ansam : dextera
Clauam repertas hostium, versam, gerat
Contra phalanges, malleum.
Iahel Ibera stat; nouator Sisara
Occultet hirta tempora.
Clauus triformi clade supprimet caput,
Recenter ortæ belluæ.
Idemquè flustra gratiarum fert, bonâ
Mentem iuuat pellaciâ.
Sed & polare quo tibi stet ostium,
Patensquè sit palatium,
Neû quære clauem : cælitûm domus, meo
Cruore facta peruia.
Hæc dixerat VERBVM Deus : THERESSIÆ
Exæstuat dilectio.
Internecinâ Charitate viuida,
Vorансquè corde feruido;
Stragem redemptorum lytro Sponsi sui,
Erroneos, & perfidos;
Dolebat inter lacrymas, graui suum
Flagro necans corpusculum.
Processit vltra Charitas : hac muneri
In parte, prædicabili,
Obstante sexu, Filias inutiles,
Obstrinxerat statu precum.
His Prædicatores iuuent, sic censuit,
Írata placent Numina.
At Filios, Apostolorum semitâ.
Denunciatos currere,
Direxit inter vel reos acinaces,
Deferre vitam perditis

Tui, medelâ, CHRISTE præsentaneâ
Verbi, salutem spargere.
Prodesse brutis, dictione, gentibus,
Panem pusillis frangere.
Planctu; vel ipso delauare pessima
Fuso cruore dogmata.
Et quam procax Lutherus, & perinfido
Caluinus ore pædidus;
Auersione dissipauit gratiam,
Conuersione flectere.

DD. PATRONISS RELIGIONIS MARIANÆ.

ODE IV.

SVblimes, hilari pectore, Principes
Carmeli; satagit dicere carmine
Mens deuota: solo quos celer extulit
Alâ Spiritus igneâ.
Subuectosquè Polo, scandere limina
Cæli, sidereis donat honoribus:
Claratosquè sacro Numine pleniùs,
Ornat sedibus aureis.
Hi sunt, quos celebris, Primitias Deo,
Mons primogenito germine protulit.
Noctes amplinagas hæc reprimentia,
CHRISTI, sidera fulgida.
Hos alti superus consilij Pater,
Sacratis graphicé legibus instruens,
Constanter docuit fortia subdere,
Magnis colla laboribus.
Hi mundi tenebras carcere mancipant,
Effrænes phaleras, atqué licentiam
Flentes, continuo verbere deprimunt,
Alta mente reuerberant.
Hi sunt, quos validis vssit amoribus
VERBVM, dum faculas cordibus ingerens,

Orbis

Orbis mille neces, atqué pericula
Donat ferre valentiùs.
Hos mundum volitans alta per extimum,
Nunc seris recitat fama Nepotibus;
Horumqué patens gentibus intulit
Cunctis, Gloria, laureas.
Clarent hi titulis virginis inclytæ.
Horum Relligio vincere sæcula,
Conseruare manet nomen, & ordinem:
Perdurare perenniter.

SACRIS IISDEM CARMELI PARENTIBVS.

ODE V.

ORdinis præses, celeri per astra
Axe subuectus, voluerique bigâ;
Huc rotas vertat, moderator orbis,
Incola montis.
Patris HELIÆ, metuenda quondam
Regibus proles, Heliseus; alter
Ordinis Rector, geminæqué vitæ
Adsit origo.
Ille paccato redimitus antro;
Publicos, clausis precibus labores
Iunxerat: bino docilis iuuare
Fine propinquos.
Tesqua, MESSIAM, memorum per ampla,
Prodromus CHRISTI, resonans canorâ
Voce venturum; veniat cameli
Pelle seuerus.
ANGELVS fuso celebris cruore,
Martyrum claris comitatus astris,
Quos velut nardum secuit rapaci
Falce tyrannus.
Mente sublimis, niueum reducat
Agmen ALBERTVS: simul hûc IOANNEM,
Nata

Nata, Ductorem Cruce gloriosum
Castra sequantur.
Virginum turmis decorata: binæ
Præsidens adsit sobol: THERESSA.
Hic sacros, proni veneremur imo
Corde, Patronos.
Hic Patri laudes, Genitæque Proli,
Et tibi compar pariles canemus,
Flamen, immota pietate victi,
Omne per æuum.

D. STANISLAO EP. ET M. PATRONO POL.

ODE VI.

TE CHRISTI pietas, Gloria Martyrum,
STANISLAE sacris traxit amoribus;
Commisitque pedum, texit & aureâ,
Claratum caput Infula.
Iniunxitque gregem pascere (corpore
Pastum CHRISTE tuo) saucius ignibus,
Tu castis, toties carperis optimo
Æstu, sollicitus vigil.
Et contra rabidæ castra tyrannidis,
Pugnax bella moues fortia, prodigus
Vitæ: monstra fugas protinus impia,
Cunctis cedere nescius.
RECTVM te coluit, nemo tenacius.
Nam terrena deest dum tibi veritas,
Testem iustitiæ (credere Numini
Doctus) poscis ab æthere.
Et qui tres, specubus, puluis, in abditis,
Æstates iacuit, fercula vermium;
Tractum (iudicibus) puluere, vindicem
VERI, sistis inertibus.
Dum te sic omium cura medullitus
Custos alta premit, morbifico manus

Appo-

Apponis pecori, tabida dissecans
Verbis membra potentibus
Audax indomitæ prædo licentiæ,
Contemptor monitum, surdior æquore,
Incorrecta gerens pectora, concipit
Dirâ te nece perdere.
Sacrorum vigilem dissecat ensibus.
Offers dum calicem, fundit; & optima
Summo, liba, Deo libat acinace,
CHRISTI pro grege victimam,
Nec te deseruit cælica veritas.
Diuinis pugilem clarat honoribus.
Et sparsim per agros membra rubentia,
Regalis volucer tegit,
Illustris radij lecta sub indicè,
Cælestis medicus frusta redintegrat;
Concrescunt solidis, luce nitentia,
Comptè corpora nexibus.
Tu qui cæcigenis, atquè labantibus;
Ægris restituis munera virium,
Nobis Præsul opem confer egentibus,
Placans cælica Numina.

EIDEM SACRATISSIMO MARTYRI

ODE VII.

LÆtare Mater LECHIA,
Fœcunda prole nobili:
Summi Patris magnalia
Cantu frequenta fusili.
Sacrata cuius gratia,
Huic benigna Præsuli:
Portenta dans illustria,
Virtute clarat fertili.
RECTI perennis arbiter,
Obstat furori regio:

Gregemquè curans iugiter,
Auſo petitu impio.
Trucis tyranni crimina,
Qui dum valenter arguit:
In æuiterna limina
Ferro peremptus ingruit.
Nouum patrat miraculum,
Necat quod enſe, liuida:
Redintegrat corpuſculum
Manus Beatis pronida.
Sic Paſtor emptam vulnere,
Scandit polarem curiam:
Dignuſquè tanto munere,
Nobis miniſtrat gratiam.
Hunc obſecrantes, cælitus
Ferunt ſalutem traditam:
Vitamquè, mortis exitus
Stupet, ſubinde redditam.
Morti propinquos annulus
Curat ſepulchrum morbidos:
Vitæ peractæ circulus
Virtute firmat languidos.
Auditus ægris redditur,
Claudi leuantur greſſibus:
Mutiſquè lingua ſoluitur,
Truncatur orcus viribus.
Prædiues ergo CRACIA,
Ditata ſacro corpore:
Qui fecit hæc inſignia
Collaudet omni tempore.
Sit Trinitati Gloria,
Honor, decus, laudatio:
De Martyris victoria
Nobis ſit exultatio.

D. CASIMIRO CONFESSORI.

ODE VIII.

NOs tibi sacrum CASIMIRE carmen,
Addecet læto celebremus ore.
Profit exceptis memorare summa
Plausibus acta.
Stirpe regali genitus modestam
Eligis vitam: iuuenile bellas
Robur aduersùm, superasquè sacro
Corda timore.
Sit tibi gemmis thalamus coruscis,
Sitquè pallenti pretiosus auro:
Tu solum prensans veneranda priuas
Membra quiete.
Nil & absumptæ tribuens iuuentæ,
Nocte, præ templi foribus, reclinis
Flectis, oratus iterans, profundo
Corde Tonantem
Mente dum forti diadema Regni
Respuis, victo dominaris orbî
Et, serenato, redimitus astris,
Culmine fulges.
Tunè laudatus Pater Orphanorum?
Attamen scissum resecare schisma
Dum studes, pugnax poteras vocari
Malleus olim.
Casta sacratis agitata flammis
Corda feruescunt; memoranda laudum,
Suauiùs Cygno modularis Almæ
Virginis acta.
Ferreis CHRISTVM stimulis patentem,
Intrat in Missa speculator ardens,
Sic rapi, flammâ populante pectus,
Visus in astra.

Nec tamen, (carni) valuit profanâ,
Cor inacceſſum, temerare flammâ,
Prætulit dulcem, meliùs, pudore
Perdere vitam.
Fata poſt, frangit cuneos, per altum
Ductor apparens fluuium: rebellis
Hoc iacet Moſchus moderante bello
Victus in omni.

D. HYACINTHO CONFESSORI. R. P.

ODE IX.

NVnc tuum, cælis HYACINTHE nomen
Altiùs dum nos ferimus canora
Voce; ſacratos numerare præſtat
Mente triumphos.
Inclyto quondam celebratus ortu,
Clarus excelſo ſtudij nitore
Emicas tandem pietate celſis
Clarior aſtris.
Sic pios nutris animoſus ignes
Pectoris clauſtro; potiora flagrans
Proſequi: Magni tenuiſſe gaudes
Clauſtra Magiſtri.
Ille diuinæ documenta vitæ
Corde plantauit: Studioſa ſummæ
Corda virtuti, memoranda nobis
Dona tulêre.
Porrò dum sciri fugis, & latere
Diſcis, interno ſocius cubili;
Te facem toto radiare fecit,
Feruor in orbe.
Virgo ſeruando vigil in pudore;
Omne, quod mentem vitiat, peroſus.
Hinc fame pectus decorante reddit,
Purius auro.

Inte-

Integras noctes precibus fatigans,
Corpus immiti batuit flagello;
Casta, crudeli, cohibere promptus
Membra catenâ.

Artubus fractis nimiùm seuerus,
Seruet vt gazam bene, virginalem,
Aspero fixus, resupina sternit
Tempora saxo.

Cæteris mitis; resonans frunito
Ore; cælestis tuba, nunciandum
Dogma per vicos; scelus omne, cunctâ
Pellit ab vrbe.

Hic potens, vasto super ambulare
Vandali dorso: Socios per altum,
Pallio, flumen, meliùs cauatâ
Ducere cymba.

D. ADALBERTO EP. ET MART. K. P.

ODE X.

CLarescat rutilum nomen in vltimis
ADALBERTE tuum partibus; occidit
Quà sol flammigero feruidus impetu,
Quà vel gurgite prosilit.

Non sic te Comitum clara Potentium
Ornat progenies: quàm verecundia
Quàm morum grauitas: ipsa Modestia,
Casti pectoris hospita.

Te virtutis amor; te Sapientia,
Paupertatis honos, & Patientia;
CHRISTI sidereo ponit in agmine,
Sis quo miles idoneus.

Vt te Pontificum cinxit adorea,
Et verbi sapiens vsus; & aureum
Doctrinæ studium: pro grege peruigil
Quas non excubias agis?

S. MATRI NOSTRÆ VIRGINI THERESIÆ.

Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. V. C. D.

ODE III.

ZElabis, inquit, CHRISTVS imperterrita
Fluctus in aduersarios,
Zelabis ohe Sponsa dilectissima
Meos honores peruigil,
Ipsumquè vitæ Nomen Admirabile,
Meam perennem gloriam.
Proterua plectes monstra corde flammeo,
Tantaquè perdes dextera,
Quali tuus Sponsus cruentus ferreo,
Orcum fatigauit, stylo.
Quibus fuganda lena babilonico
Profusa vasé clauditur.
Eliminabis, ædium crudelia
Erraticarum limina.
Exterminabis fæcutina dogmata
Thesesquè tractas inferos.
Pronus decem, Lutherus, ante cornua
Draconis esca perdita,
Pecus rebellè, bullualis hostias,
Ipsum nefas, crimen, scelus.
Vitæ tuæ possundatus plantâ fremet,
Themiquè corruet sacrâ.
Cauinus, alter luror expiabilis,
Sacram luet propaginem.
Clauum, calente, virgo prudentissima
Versatilem stylo, cape;
Clauamquè factum, cælicâ, contra stygem,
Acuminatum cuspide.
Hac latro dæmon; schisma turbidum; caro;
Orbisquè luridus, cadunt.

Portenta marcent quæquè, non expertia
Virtutis indomabilis.
Sinistra clauum portet, exoptabilis
Timoris ansam : dextera
Clauam repertas hostium, versam, gerat
Contra phalanges, malleum.
Iahel Ibera stat; nouator Sisara
Occultet hirta tempora.
Clauus triformi clade supprimet caput,
Recenter ortæ belluæ.
Idemquè flustra gratiarum fert, bonâ
Mentem iuuat pellaciâ.
Sed & polare quo tibi stet ostium,
Patensquè sit palatium,
Neû quære clauem : cælitûm domus, meo
Cruore facta peruia.
Hæc dixerat VERBVM Deus : THERESSIÆ
Exæstuat dilectio.
Internecinâ Charitate viuida,
Voransquè corde feruido;
Stragem redemptorum lytro Sponsi sui,
Erroneos, & perfidos;
Dolebat inter lacrymas, graui suum
Flagro necans corpusculum.
Processit vltra Charitas : hac muneri
In parte, prædicabili,
Obstante sexu, Filias inutiles,
Obstrinxerat statu precum.
His Prædicatores iuuent, sic censuit,
Irata placent Numina.
At Filios, Apostolorum semitâ
Denunciatos currere,
Direxit inter vel reos acinaces,
Deferre vitam perditis

Tui,

Tui, medelâ, CHRISTE præsentaneâ
Verbi, salutem spargere.
Prodesse brutis, dictione, gentibus,
Panem pusillis frangere,
Planctu; vel ipso delauare pessima
Fuso cruore dogmata.
Et quam procax Lutherus, & perinfido
Caluinus ore pædidus;
Auersione dissipauit gratiam,
Conuersione flectere.

DD. PATRONIS RELIGIONIS MARIANÆ.

ODE IV.

SVblimes, hilari pectore, Principes
Carmeli; satagit dicere carmine
Mens deuota: solo quos celer extulit
Alâ Spiritus igneâ.
Subuectosqué Polo, scandere limina
Cæli, sidereis donat honoribus:
Claratosquè sacro Numine pleniùs,
Ornat sedibus aureis.
Hi sunt, quos celebris, Primitias Deo,
Mons primogenito germine protulit.
Noctes amplinagas hæc reprimentia,
CHRISTI, sidera fulgida.
Hos alti superus consilij Pater,
Sacratis graphicé legibus instruens,
Constanter docuit fortia subdere,
Magnis colla laboribus.
Hi mundi tenebras carcere mancipant,
Effrænes phaleras, atqué licentiam
Flentes, continuo verbere deprimunt,
Alta mente reuerberant.
Hi sunt, quos validis vssit amoribus
VERBVM, dum faculas cordibus ingerens,

Orbis

Orbis mille neces, atqué pericula
Donat ferre valentiùs.
Hos mundum volitans alta per extimum,
Nunc seris recitat fama Nepotibus;
Illorumqué patens gentibus intulit
Cunctis, Gloria, laureas.
Clarent hi titulis virginis inclytæ.
Horum Relligio vincere sæcula,
Conseruare manet nomen, & ordinem:
Perdurare perenniter.

SACRIS IISDEM CARMELI PARENTIBVS.

ODE V.

Ordinis præses, celeri per astra
Axe subuectus, voluerique bigâ;
Huc rotas vertat, moderator orbis,
Incola montis.
Patris HELIÆ, metuenda quondam
Regibus proles, Heliseus; alter
Ordinis Rector, geminæqué vitæ
Adsit origo.
Ille paccato redimitus antro;
Publicos, clausis precibus labores
Iunxerat: bino docilis iuuare
Fine propinquos.
Tesqua, MESSIAM, memorum per ampla,
Prodromus CHRISTI, resonans canorâ
Voce venturum; veniat cameli
Pelle seuerus.
ANGELVS fuso celebris cruore,
Martyrum claris comitatus astris,
Quos velut nardum secuit rapaci
Falce tyrannus.
Mente sublimis, niueum reducat
Agmen ALBERTVS: simul hûc IOANNEM,

Nata

Nata, Ductorem Cruce gloriosum
Castra sequantur.
Virginum turmis decorata: binæ
Præsidens adsit soboli THERESSA.
Hic sacros, proni veneremur imo
Corde, Patronos.
Hic Patri laudes, Genitæque Proli,
Et tibi compar pariles canemus,
Flamen, immota pietate victi
Omne per æuum.

D. STANISLAO EP. ET M. PATRONO POL.

ODE VI.

TE CHRISTI pietas, Gloria Martyrum,
STANISLAE sacris traxit amoribus;
Commisitque pedum, texit & aureâ,
Claratum caput Infula.
Iniunxitque gregem pascere (corpore
Pastum CHRISTE tuo) saucius ignibus,
Tu castis, toties carperis optimo
Æstu, sollicitus vigil.
Et contra rabidæ castra tyrannidis,
Pugnax bella moues fortia, prodigus
Vitæ: monstra fugas protinus impia,
Cunctis cedere nescius.
RECTVM te coluit, nemo tenacius.
Nam terrena deest dum tibi veritas,
Testem iustitiæ (credere Numini
Doctus) poscis ab æthere.
Et qui tres, specubus, puluis, in abditis,
Æstates iacuit, fercula vermium;
Tractum (iudicibus) puluere, vindicem
VERI, sistis inertibus.
Dum te sic omnium cura medullitus
Custos alta premit, morbifico manus

Appo-

Apponis pecori, tabida diſſecans
Verbis membra potentibus
Audax indomitæ prædo licentiæ,
Contemptor monitum, ſurdior æquore,
Incorrecta gerens pectora, concipit
Dirâ te nece perdere.
Sacrorum vigilem diſſecat enſibus.
Offers dum calicem, fundit; & optima
Summo, liba, Deo libat acinace,
CHRISTI pro grege victimam,
Nec te deſeruit cælica veritas.
Diuinis pugilem clarat honoribus.
Et ſparſim per agros membra rubentia,
Regalis volucer tegit,
Illuſtris radij lecta ſub indicè,
Cæleſtis medicus fruſta redintegrât;
Concreſcunt ſolidis, luce nitentia,
Comptè corpora nexibus.
Tu qui cæcigenis, atquè labantibus;
Ægris reſtituis munera virium,
Nobis Præſul opem confer egentibus,
Placans cælica Numina.

EIDEM SACRATISSIMO MARTYRI

ODE VII.

LÆtare Mater LECHIA,
Fœcunda prole nobili:
Summi Patris magnalia
Cantu frequenta fuſili.
Sacrata cuius gratia,
Huic benigna Præſuli:
Portenta dans illuſtria,
Virtute clarat fertili.
RECTI perennis arbiter,
Obſtat furori regio:

Gregemquè curans iugiter,
Auso petitus impio.
Trucis tyranni crimina,
Qui dum valenter arguit:
In æuiterna limina
Ferro peremptus ingruit.
Nouum patrat miraculum,
Necat quod ense, liuida:
Redintegrat corpusculum
Manus Beatis pronida.
Sic Pastor emptam vulnere,
Scandit polarem curiam:
Dignusquè tanto munere,
Nobis ministrat gratiam.
Hunc obsecrantes, cælitus
Ferunt salutem traditam:
Vitamquè, mortis exitus
Stupet, subinde redditam.
Morti propinquos annlus
Curat sepulchrum morbidos:
Vitæ peractæ circulus
Virtute firmat languidos.
Auditus ægris redditur,
Claudi leuantur gressibus:
Mutisquè lingua soluitur,
Truncatur orcus viribus.
Prædiues ergo CRACIA,
Ditata sacro corpore:
Qui fecit hæc insignia
Collaudet omni tempore.
Sit Trinitati Gloria,
Honor, decus, laudatio:
De Martyris victoria
Nobis sit exultatio.

D. CASIMIRO CONFESSORI.

ODE VIII.

NOs tibi sacrum CASIMIRE carmen,
Addecet læto celebremus ore.
Prosit exceptis memorare summa
Plausibus acta.
Stirpe regali genitus modestam
Eligis vitam: iuuenile bellas
Robur aduersùm, superasquè sacro
Corda timore.
Sit tibi gemmis thalamus coruscis,
Sitquè pallenti pretiosus auro:
Tu solum prensans veneranda priuas
Membra quiete.
Nil & absumptæ tribuens iuuentæ,
Nocte, præ templi foribus, reclinis
Flectis, oratus iterans, profundo
Corde Tonantem
Mente dum forti diadema Regni
Respuis, victo dominaris orbi
Et, serenato, redimitus astris,
Culmine fulges.
Tuné laudatus Pater Orphanorum?
Attamen scissum resecare schisma
Dum studes, pugnax poteras vocari
Malleus olim.
Casta sacratis agitata flammis
Corda feruescunt; memoranda laudum,
Suauiùs Cygno modularis Almæ
Virginis acta.
Ferreis CHRISTVM stimulis patentem,
Intrat in Missa speculator ardens,
Sic rapi, flammâ populante pectus,
Visus in astra.

Nec tamen, (carni) valuit profanâ,
Cor inaccessum, temerare flammâ,
Prætulit dulcem, meliùs, pudore
Perdere vitam.
Fata post, frangit cuneos, per altum
Ductor apparens fluuium: rebellis
Hoc iacet Moschus moderante bello
Victus in omni.

D. HYACINTHO CONFESSORI. R. P.

ODE IX.

NVnc tuum, cælis HYACINTHE nomen
Altiùs dum nos ferimus canora
Voce; sacratos numerare præstat
Mente triumphos.
Inclyto quondam celebratus ortu,
Clarus excelso studij nitore
Emicas tandem pietate celsis
Clarior astris.
Sic pios nutris animosus ignes
Pectoris claustro; potiora flagrans
Prosequi: Magni tenuisse gaudes
Claustra Magistri.
Ille diuinæ documenta vitæ
Corde plantauit: Studiosa summæ
Corda virtuti, memoranda nobis
Dona tulêre.
Porrò dum sciri fugis, & latere
Discis, interno socius cubili;
Te facem toto radiare fecit,
Feruor in orbe.
Virgo seruando vigil in pudore;
Omne, quod mentem vitiat, perosus.
Hinc fame pectus decorante reddit,
Purius auro.

Inte-

Integras noctes precibus fatigans,
Corpus immiti batuit flagello;
Casta, crudeli, cohibere promptus
Membra catenâ.
Artubus fractis nimiùm senetus,
Seruet vt gazam bene, virginalem,
Aspero fixus, resupina sternit
Tempora saxo.
Cæteris mitis; resonans frunito
Ore; cælestis tuba, nunciandum
Dogma per vicos; scelus omne, cunctâ
Pellit ab vrbe.
Hic potens, vasto super ambulare
Vandali dorso: Socios per altum,
Pallio, flumen, meliùs cauatâ,
Ducere cymba.

D. ADALBERTO EP. ET MART. R. P.

ODE X.

CLarescat rutilum nomen in vltimis
ADALBERTE tuum partibus; occidit
Quà sol flammigero feruidus impetu,
Quà vel gurgite prosilit.
Non sic te Comitum clara Potentium
Ornat progenies: quàm verecundia
Quàm morum grauitas: ipsa Modestia,
Casti pectoris hospita.
Te virtutis amor; te Sapientia,
Paupertatis honos, & Patientia;
CHRISTI sidereo ponit in agmine,
Sis quo miles idoneus.
Vt te Pontificum cinxit adorea,
Et verbi sapiens vsus; & aureum
Doctrinæ studium: pro grege peruigil
Quas non excubias agis?

Aſt natale ſolum, ſemina reddere,
Cordi iacta ſuo, ſæpè fefellerat,
Te vicina, ſuis, terra benigniùs
Meſſor frugibus excipit
Factus Sarmaticæ Gentis Apoſtolus,
Inſomnes totiès dum vigilantior,
Noctes, atquè dies protrahis, intima
Regni rura perambulans.
Mortales tenebras pellis, & abdita
Cælorum referas iam penetralia :
Electis renouas gentibus aurea
Cæli caſſa Palatia.
Poſt, intrare tuam, littora Pruſſiæ
Nauem dum ſatagis : nauita præuiam
Vix lucem Fidei conſpicit ; excutit,
Et remo ferit impius.
Sic inter ſcapulas arrhabo, Lauream,
Inflictus monuit quærere, ſpicula
Mox ſeptena necant : & caput, improba
Conto ſuſtulerat manus.
At lux, merſa freto corpora prodidit.
Hæc dum Rex, pretio ponderat aureo,
Corpus prodigio, Martyris inclyti
Auro fit pretioſius.
Qui potas placidi flumina nectaris,
Paſtor preſſa malis, pectora ſoſpita ;
Nobis, noſtra Deo vota litantibus
Adſis ô vigil optime.

D. FLORIANO MARTYRI *R. P.*

ODE XI.

CHRISTI Beatus agmine,
Flos, florulenta nomina :
Fauſto recepit omine,
Hunc noſtra flectant Carmina.

Floret fluente ſanguine,
Cæſus per artus fuſtibus:
Lacer ſceleſto pectine,
Deum ferebat laudibus.
Funeſta temnit verbera,
Rubens hiulco vulnere;
Nec horret aucta tubera
Sed aſſilit ſub pondere.
Seueriore floſculus,
Stylo cauatur acriter:
Numen perenne perſonat,
Spirans odorem iugiter.
Maligne iudex promptior
Nefas in omne, nil agis:
Flos merſus vndis firmior;
Vigeſcit, & floret magis.
Sed Martyrem, qui feruidis,
Tortor, vacantem laudibus:
Flumen ſub egit, liuidis
Priuatur atrox viſibus.
Citis fluentum curſibus,
Saxo reponit edito
Corpus, quod ales vnguibus
Seruat volatu percito.
Humandus à Valeria
Solenniter dum ducitur;
Scatet nouus fons in via,
Sitis necans quo vincitur.
Te traxit os Polonicum,
Noſtris ades periculis:
Tu Thraces, & tyrannicum
Conſtringis orcum vinculis.
Vitæ rigant quem flumina,
Sis noſtra dux per auia

Placa-

Placata reddas Numina
Tuo precatu peruia.
Perennitatis Arbitro,
Patri Satori temporum;
Verbo; tibiquè Spiritus
Compar, sit omnis gloria.

D. VENCESLAO M. P. R.

ODE XII.

TE CHRISTI pugilem nos decet, inclytam
Magnorum sobolem, ferre sub æthera:
VENCESLAE propinquæ
O lux fausta Bohemiæ.

Te fas, & probitas; te verecundia;
Virtus & pietas, clangit in vltimas
Partes: laurea cælis
Fuso sanguine prouehit.

Districto cohibes non moderamine
Regnum, sed precibus: nam tibi fortior
A virtute potestas
Firmat sceptra tenaciùs.

Orandi studio, Numine plenior,
Dum ferues; hiemis, nuda, sub horridæ
Morsu planta, calentis
Stillat sanguinis imbribus.

Quantus feruor erat cordis in ostio,
Ardes dum validis Martyr amoribus?
Si vestigia tantas,
Præstant linquere flammulas?

Solus belligerans primus in agmine,
Armis inualidas sic potioribus,
Vincas vt sine bello,
Vanæ Castra proteruiæ.

Fulgens namquè tibi dextra potentior,
Mandat corda Ducis, cuspide findere,
Hostis nî sua terris
Sternat colla tumentia.

Rebus, liuor edax, percitus optimis,
Heû! fraterna parat rumpere fœdera.
Natum tollere suadet
Mater tigride sæuior.

Non cœnam rabidi fratris abhorruit
Mens præsaga necis: cæditur ædium
Postes ante sacrarum,
Summo victima Numini.

Sed commissa, breui, crimina sustulit
Vindex morte Deus. Te celeberrimum
Fato; duxit in altum
Bigis gloria candidis.

Rerum summe Sator, sit tibi debita,
Et Nato parilis Glorificatio
Æqualisquè, per omne
Tempus, Laus tibi Spiritus.

LVCIDISSIMO SLAVINORVM SIDERI D. HIERONYMO DOCTORI ECCLESIÆ.

ODE XIII.

Salue SLAVINA Gente famosissimum
Decus, iubarquè maximum.
Salue lucerna Christiani nominis;
Columna solitudinis.
Splendore mentis qui iuuas Ecclesiam;
Lucemquè reddis peruiam.
LECHIS propinquus intimâ propagine;
Stygi ferox indagine.
Diuinus ore; Natione DALMATA:
Tuus Liturgus SARMATA.

Potens

Potens Eremi centuplo munimine:
Apoſtolus dictamine.
Quietus Irenarcha; pacis arbiter:
Suadâ valens inſigniter
Tremendus orbi; ſanctitatem languidam
Imians; manumquè torpidam
DOCTOR fidelis; alterum proh! Sirium
Iniquitatis, Arrium;
Æqualitati, detrahentem, Filij,
Malignitate pallij;
Verbi friauit malleo: VERBVM Dei,
Signaculum noſtræ ſpei,
Confeſſus ore; dexterâ protexerat:
Menſura, tempus non erat.
Æternitas menſura VERBI; terminus
Nullus: probauit cominus
Vicitque noctem, luce fulgidiſſima;
Bono; venena peſſima.
Aſſerta conſubſtantialitas: vagum,
Suum necat virus, tragum.
Detracta turpi larua Dormitantio:
Defenſa Paupertas; Io
Cantat: forenſe perdidit ſeraculum;
Rebelle fregit ſæculum.
Inuſta, luce, falſitati, ſtigmata:
Euerſa mortis dogmata.
Nefas fatiſcit, & lues mephitica:
Refloruit vis optica.
Nutant tiaræ præpotentes; poſthumi
Theſes canonizant humi.
Tubam ſequuntur, veritatis abſidem:
Cæli ſalutant opſidem.
Pronâ, Dynaſtæ, mente, pandunt prodigam
Vitam: precatus indigam.

Mor-

Morbis medetur, hauſtra mille protulit:
Integritati conſulit.
Solo (ſtrategus virginum fidiſſimus)
Pudore feruidiſſimus.
Choros recenſet: ſolitudo germinat,
Tellusque cælo conſonat.

Magna Sanctitatis Reginis, Maritis; Viduis; Vtrinq; t.- men ſtatuum Virginibus.
B. SALOMEÆ, atq; agnatæ eius KVNEGVNDÆ.

ODE XIV.

EXul, excelſas feriente nubes;
Virgines, lecti ſolium decoris,
Regiæ ſtirpis: feto, liberali
Voce puellas.
Virgines laudo; reuerens quieto
Quas adoptauit thalamus pudori:
Et quibus flexit pietas, perennis
Serta viroris.
Regibus, iunctam ſobolem, pudicis;
Regibus dignas celebro Maritas:
Carminis pronâ viduas vtraſquè
Laude ſaluto.
Vtra, calcatis renuiſſe gaudet
Æſtibus carnis; probitatis vtra
Calle demiſſo (ſociata CHRISTO)
Iſſe reſultat.
Trina vicerunt operis talenta;
Trinus aſtringit ſtatus, has trigemmis
Fructus extollit: melior nitoris
Obtinet vſus.
Vtra ſponſali dominata nexu;
Caſta permanſit maribus frunitis:
Vtra denato, viduata virgo,
Coniuge regnat.

Regna

Regna dimisit, famulata cælis;
Castra FRANCISCI (repetita CHRISTO)
Castra victorum, similemquè vitam,
Vera secuta.

Hac egestatis latitans in arce;
Crescit occulto velut arbor æuo:
Crescit impensis operosa factis,
Astraquè tangit.

Veste pulsatâ, simul vt profanus
Splendor absterfus periit: reflectit
Fulgor illimis, radium superno
Sole coortum.

Hoc inardescens cor, alumna mentis
Fertilis virtus tenuit cor; illic
Vicit, affecto minùs audientem
Pectore Vestam.

Ipsa Faustinæ celebris figura;
Victa torpescit: statuam Senatus
Aureo fusam retulit metallo,
Inter honores.

Illa fulgenti phalerata sellâ,
Cautionalis typus, absolutis,
Pacta matronis reuerens in alto
Fixa theatro.

Illa condictis iuueni puellis;
Nuptui dandis, adipatis ara:
Hac, iugum, coram sociale, virgo
Sponsa petebat.

Lechiens cælebs SALOMEA sanguis;
Sponsa Consortis KVNEGVNDA castis
Virgines, estis celebris venusto
Ara pudori.

Hanc stetit coram vir; inaugurato
Corde permansit: nimcum PVDICI

Omen

Omen euoluens, micat æuiterno
Nomine clarus.
Alteram, præstans COLOMANVS, æquæ
Sorte possedit: simul, attributi
Gaudet ignarus thalami; Beatus
Dote pudoris.

D. FERDINANDO II. CÆSARI AVGVSTISSIMO TOTIQ; FAMILIÆ AVSTRIACÆ,

Zelo erga Deum; erga SS. Religiones, & maximè nostram; Pietate Serenissima.

ODE XV.

ZEsus calumniante rectitudine
Aduncus; ædes Publij
Terris peræquans publicet: Seruilius
Necet nocentem. Mellius
Sic interemptus nomen Æquimellio
Paret, perustis ædibus.
Discriminalis, hæc ferat, largitio
Frugum, repensa præmia.
Disterminatis publicâ Tarquinijs
Nocentibus tyrannide,
Ager superbo diffluus loco, datus
Marti, vocetur Martius.
Perit coæquali retenta crimine,
Potentis aula Cassij.
Refusa, fulsit ante Telluris tholum,
Episcopalis area.
Inauspicatus ambitor quid Manlius?
In arce perdidit locum.
Deiectus acri caute, colla corruit,
Incautus inter liberos
Domus Monetæ cessit emporeticæ
In officinam subdita.

Marcellus omni criminosus impetu,
Deplorat ædes perditas,
Olus dapale notus inter, Romulæ
Vrbi, Macello fartili.
Alter piaculauerat suum scelus,
Delectisi palatio;
Id colle stratum (prata vacci) pascuo,
Inauguratur posthumis.
Flaccus, quietem ciuicam turbans manu,
Famæ Catulli seruijt:
Suamque vidit, porticum, fœdam domum,
Stent quâ trophea Cimbrica.
Quid efferati, turpe Castelli scelus
Ciem, nefasquè luridum?
Ferro solutus? perditusquè moribus,
Carpsit decorem Regium:
Sons aula funditus coæquatur, malè
Hac natus: inter aream
Regale signum; pœna pressi criminis,
Crux; & Columna confluunt.
Hæc interim zelus, carens accommoda
Discretione, præstitit.
Quid rectiore mente natus? AVSTRIA
Quanto serenauit calens?
Quid Imperator ille Feruidissimus,
Ipso recandescens Deo?
Arsit perennis miles ense flammeo,
Deiquè Censor gloriæ.
Tanto, Lutheri, pressus àër, facibus,
Fatiscit; & fides nequam.
Tanto, Bucerus; cęteriquè, perfidæ
Massæ, coloni corruunt.
Domesticus crepat biferorum rigor,
Caluinia frequens harâ.

Suam

Suam luit pœnam nefas mephiticum,
FIDELE sæculum redit.
Venustiore prata flore gestiunt;
Moneta sanctior nitet.
Remancipatur ædibus cultus sacer,
Depressa vis exotica.
Testatur HELIÆ propago feruidum
Zelum, recepto pegmate.
Parente feruor ex vtroque prodijt,
Accessit ad Fidem, Fides.
HERNESTVS illic absolutus: alterâ
CYMBARKA parte candicat.
Hic, AVSTRIACÆ gentis Archidux potens,
Decus, patensqué gloria.
MASOVIANÆ gentis hæc amplum iubar,
Ducissa nobilissima.
Fax ante feruens, luce perspicax suâ,
Datâ dextra fit clarior.
Lux ante lucens, solis instar, intimo
Splendore, gestis, Numine,
Virtute lumen Austriæ solem fugat,
Solumqué fit sol orbibus.

D. SIGISMVNDO III.

POLONIÆ ac SVECIÆ REGI CLEMENTISSIMO.

In Regnis suis, primo Authori suo; CARMELITANA Familia.

ODE XVI.

QVem sideralis, Morphne, Diespiter
Legit ministrum fulminis; excitus
Quem LECHVS oris, auspicatæ
SARMATIÆ tulit esse lumen:
Omenqué Regni, quà memorabilis

Nidus coruscat, per diademata
Millena clarus: Absolutæ
Gentis vbi reuerens origo,
Vigore crescit Regna per extima,
Et martiali clara ferocia;
Bellisquè, gloriâquè præstat:
Palladio, gladioquè feruet.
Inuulneratus mox IAGELONIÆ
Fasci minister factus, eburneâ
Pennâ decorus, incoactâ
Pace potens, domitorquè ferri.
Cultor serenæ fascis idoneus;
Cordi ferendam, quam semel obtines:
In astra, fertilem, leuante
Fers animo, gerulâquè pennâ.
Adoreosâ munificam dape,
Indissolutam triplice fasciâ;
Impendioso liberalem
Corde: Themi stabilem fideli.
Enucleatâ mente pericula
Dilucidantem: prælia, prosperâ
Manu gerentem; fulgurito
Marte granem; pietate claram.
Victorialem bella per omnia;
Plenam vigoris, tollis in æthera.
Probauit audax competitor
Ingemuit leuipes Bicena.
Repressus auster; mox aquilo grauis,
Trione fusum pandit oporinum
Gelu i biennis Phæbus illud,
Marsquè suo, tumulauit igne.
Labat SMOLENSCVM; dedita Moscua;
Demetrianus feruor aquaticas
Niues abhorret: vincla, fratrum
Nobile par, lachanisat inter.

Testor

Testor trophæum, VARS vbi nomine
Gaudet perenni, SVSCIVS intimo
Cum Fratre, pressi morte; SIGIS-
MVNDE, tuum gemuere robur.
ELECTVS, arctos, Filius interim
MOSCHOS regebat; frena gelabilis
ARCTOS lacessit, mox Polona
Passa, manu dominante, frena.
Ausi MIHALVM quid memorem leui,
Oestroquè tractum? Moldauus adiuuet
Lapsu Palatinum fugacem:
Victa, ruant, domitore castra.
Audis? aristas Mergitis aureas,
Tentauit armis perfidus OSMANES:
Bizantiorum, Leucophæus
Falx agitat, dirimitquè fines.
Tumultuosâ CASIGERVS pyrâ
Succendit ignes; fertur alopecâ
Lunâ tremendus: obstinatum
Thressa Tyram tumulauit vmbra.
Donec probrosis cornibus impleat
Orbem; fatiscit luna, Caniculæ
Compar: anhelat ore turpi
LECHIACVM tenuare lumen,
Fulmenquè: quanto Morphnus inæstuat,
Pelrasquè pernix in plagiarias.
Tanto Gelonum deprehensa
Arua canum fodicauit ictu:
Quotum, fugatus ferre perhorruit
Thrax; ambidextræ Rostra POLONIÆ
Coæstimauit, strangulante
Fune suos. laqueatus inter.
Exinde, contra spicula Thracicæ,
Remota non iam quærit acumina.

Domeſticis, equeſtre culmis,
SARMATICVM diadema præſtat.
Quanquam, cruentos (inficias eo)
Dum cerno culmos, eſſe friabiles;
Chalybs friatur his: Mineruæ
Sunt Calami, columenquè Martis.
Sunt, iuſta raſæ tela ferociæ
Timenda SVECO; ſæpe rebellium
Dorſo recepta: ſenſit vltis
LINCOPOLIS pharetrata caſtris.
Senſere Balthim trans muriaticam
Hoſtes coloni: proh! tamen efferis
Pepercit enſis, imminentem
Sæpe manus reuocauit ictum.
Varcam receſſo. Victor inaudijt
Hac voce; paucos dum premo noxios
Multi prementur innocentes?
Abſit: vtrum iugulauit enſem.

VLADISLAO MAGNO
VICTORIOSISSIMO REGI POLON: ac SVEC:
PATRI PATRIÆ.

S. Religionis MARIANÆ Promotori.

ODE XVII.

NOn allaboro ſole meabili
Dilucidentur prælia cælico
Splendore fulta: quis profuſi
Pyramides numerabit ignis?
Vicina ſoli fama perennior,
Iuit frunitis vinnula vocibus:
Latura LADISLAE laudes
Fama tuas properauit orbi:
Excepit orbis; trux Aſiaticus

Rector,

Rector, ferino frenduit intimè
Angore pressus; explicato
Ore, Potens resonauit EVROPÆ
Trion friatus diriguit niue;
Iugo subactum quam temerarium
Cor parturiuit; hanc tenemus
Fœdifragum glaciasse Moschum.
Decora præstat Sparta, nouissimis
E Martiali puluere Regibus;
Ad bella primis quanta: Lechûm
Tanta tibi diadema debet.
Strategus olim, vincis aquatilem
Spartam; profuso Rege Propontidis,
Victor moraris: nec Polona
Castra moues, Asiana donec
Formidolosis cederet vltimò
Relicta moles finibus: insolens
Osmanus inter; spe superbus,
Sanguineo madefactus imbre.
Pompeiorum Magnus, amicior
Syllæ; quid ad te? Magne potentium,
Artita Regum dextra: dictum
Sylla vocet socium, paremque
Promittat ipsi Martis adoream;
Idemque robur, prælia, pectora.
Tantum; Chronisset, attributæ
Laudis iter veneratus, ille.
Non incruentam, sic ait, hostico
Præsento dextram sanguine; maximum
Ducem salutatura nostra,
Bella manus violenta frangit.
Capax, amabo! quisquis inauguras
Sentire menti, statne propinquior
Laus æuitati, par profatæ?
Nexne teget speciale lumen?

Reges Polonos, prorsus inaudijt
Futurus inter, voce creabilis;
Quid? assequenda Regna pigro
Fors animo trutinauit impari.
Manus paternas, ille Penatibus,
Hosti cruentas præbuit; aëripes
Moschus probauit, horruitquè
Hanc trepido tetigisse motu.
Throno vocandus, sceptra coæstimat,
Firmata circum commonitorio
Cruore; quanto Suecus illex
Atquè leues maduere Thraces.
Præoccupandam, mille per ania,
Nemo coronam, cum stat idoneus,
Capaxquè: paruiduxit ipso
Dum properat moderamen ortu.
Hic, expedito robore, præmia
Optat labori; sceptra ligonibus
Æquat: Coronam gratulatur
Ægisono tenuisse plausu.
Sed iam gradiuo Marte, ferocia
Trionis alget; forsan adaggerit
Victor triumphos molliores?
Cneius ouet; biduum sequestre
Attollat; actis, ante, coercitis;
Atalce Colchûm sceptrifero; graui
Tigrane, Zozimâquè: septem
Rege, trahat Mithridate Natos.
Deuicta Colchis, Pontus Iberia,
Picta sequantur; Tigris, amænior
Immigret; Eufratésquè tristes
Amne suo referens colonos.
Quod si recenset quas dedit Affrica
Palmas, & Europs; dum stratiotico

Serta-

Sertorius cadit vigore;
Attonitos geminet triumphos.
Vtrâquè mundi parte superior;
Euicit hostem parte reconditum
Ibericâ: quid ille? cessit
Haûd parili iugulatus ense.
Tibi, quod ipsâ fortis in obuium
Sis quodquè monstrum, parte domestica:
Plagisquè trinis hoste flante,
Imparibus coamictus armis;
Selectiori milite THRACIAM,
Pontumquè frenas, & gelidum mare;
Syrum; Scythamquè tortuosum;
Cappadoces; agilesq; Suecos:
Propendet omnis fama sacratior;
Debentur alto pyramides polo
Ductæ; trophæa segregata;
Emeritæ monimenta laudis.
Iarbâ subacto, magnus inaudiens;
Strabonis hæres impatientibus
Triumphet armis; èn profatò
Maior; ouet domuisse dictam
Affectionem: vicerat insolens
Cor; explicato prælia brachio,
Mortemquè presserat minacem,
In medio manifestus igne.
Cyrum recello, morte pericula
Exasperantem: quid? monitus; graui
Sermone culpat; prohî Clearche,
Grande, mones; diadema Regum
Dum prendo, Regem qui sit inertiæ
Seruus, figurem; pondus inutile
Persis: pigerquè competitor,
Ad patrios digitalis arcus.

Hæc

Hæc ille; Quantùm noster in hosticas
Potens cateruas? testor inhospitum
Æquor, niuesquè; subditiquè
Colla yoco pudefacta Moschi.
Phylarchus, idem miles; oporina,
Hiberna demum tempora contrahens:
Incommodos, basterna tractu
Arcta, dedit; tulit ille, somnos.
At cor serenum, per medias tenax
Feruoris, vmbras; nocte superuagâ,
Instructa, forti comprehendens
Bella, manu dirimebat orta.
Sermo fatiscit, grande negotium
Instat: (Senatum;) quantus ad inclytum
Sit ipse Cambyses Parentem,
Poscat? habet generale votum.
Hi fortiorem Patre, Pharanitum
Solo beatum; parta renunciant
Terrâ, mariquè Regna: cuncti,
Fonte bono, meliora stagna
Depredicarunt. Cræsus amicior
Parem negauit; stas minor optimo
Natus parente, non videris
Progenies referenda Patri.
Minor; quod æquè non stet imaginis
Illius, à te par species tibi;
Æquasset illa te; relatus
Quâ Genitor superasse natum
In prole gaudet. Verba titinniunt
In corde lessum, dum parilis dolor
Vrget Polona Regna, VLADIS-
LAVS obit genitore tanto
Minor; futurus prole superstite,
(Hæc Marte compar, si rutilescerct)
Parente maior: his dolorem
Sons acuit Libitina nostrum.

Tamen receptæ, restat idonea
Medela plagæ; restitit improbæ
Obliuioni parta virtus:
Posthuma, stant pietate, gesta.
Dum panda, præceps, saxa Borysthenes
Tyrasquè nigrum, clarificant mare;
Trophæa stabunt quà cruento
Hoste lues resoluta fluxit.
Sed &, bonorum Lauricomus memor
CARMELVS; à te plura fidelium
Expertus haustra gratiarum
Hæc fidibus resonare promptus.
Hæc vota sacrat, qualia Romulæ
Senatus Vrbis, voce nouissima
Exuperabat: explicato
Imperio parilem SEVERVM
Nasci Monarcham, vel genitum mori
Decebat vnquam; nos tamen vtraquè
Accommodamus verba: nuper
Te iubar, has decuit per oras
Lucere LECHIS, quando rapacior
Infixit vngues hydra tyrannicos;
Rebellis ardor dum Polona
Angue potens lacerauit arua.

IOANNI CASIMIRO
INVICTISSIMO REGI POLON. ac SVECIÆ.
CARMELITANA Religio suo Fautori & Protectori.

ODE XVIII.

Robur, nuper in arduis:
In commune Bonum, quanta referbuit
Rex per te pietas, grauis
Hosti; sed Laribus commoda Lechicis:

Par

Par Heroibus inclytis,
Compar auricomis feruor honoribus;
Sacro carmine fulgeat;
CARMELI niueo gliſcat in agmine.
Flexam quotquot acinacem,
Fugiſtis copidem quotquot; & hoſtium
Arcus, & Scythicam manum.
Victori ingenuæ dicite virgines
Regi drama tenerrimum.
Aſſertor patrias firmat adoreas.
Fortem non decuit virum
Aduerſis dirimi. Neſcit idonea,
Aſſeruanda periculis,
Virtus horrificis cladibus obrui.
Caſtris obſitus exteris;
Quanto, grando ruens impete cælitus
Culmos inuolat: effera
Sic interfuerant arma rebellium,
Ignito fera fulmine:
Et quantâ rabie cominus ingruunt;
Tantùm robore Regio
Conclamata cadunt, mole nefariâ;
Succumbunt animæ reo
Deuectæ barathro ſanguine prodigo.
Perſam quid memoro DATIN?
Ter centum placicus, millibus, occupat
Hoſtilis marathonios
Dux campos; tremuit nobilis Attica
Obiecitquè leuem manum.
Armat caſtra nouem millibus; agmina
Sunt hæc, rara volubilis
Aduerſus pelagi, gutta, ferociam.
Legit tergeminum Ducem.
Congreſſus; nimiam forte POLYZELVS

Exhor-

Exhorret speciem: ratâ
Cernens in specie castra ferocula,
Prorsus cernere desijt;
Amissis, timidus, visibus, hæserat
Inter prælia segnipes.
Alter belligerâ mente potentior,
Pugnax CALLIMACHVS, virum
Expressit, numero dum gerit impari
Infixus iaculis; mori
Nesciuit: iaculis mortuus intimis;
Viuenti, steterat, viro
Compar. Hasta tenax plurima, gesserat
Corpus non superabile.
In præceps, animo fortior excito
Restaurare CYNÆGIRVS
Bellum subsilijt: mergere Persicam
Nauem dum satagit; manus
Binas, ingemuit vulnere perditas.
Admiratus ISOCRATES
Infractas acie roboris integri
Vires: hos recolit viros
Non pugnasse suâ mente, beatulos
Quodam Numine cælico.
Persarum memoro castra, quibus tibi
INVICTISSIME præcinam.
Amisisse vagum, cerno POLYZELOS
Complures oculum. Sonos
Audiuere; tamen classica, cæculos
Non vidisse, coarguo.
Laudo CALLIMACHOS, hostica fulmina,
Fuso, fauce leontiâ,
Extinxisse rogo: quina calentium
Flammarum vomuit leo;
Quæ succensa Polo, nuncupo spicula.

Imber ferreus alterum,
Haſtarumquè nemus texerat: integer
Inter manſit oporinos
Imbres, & ſcopulos inter inhoſpitos.
Tutus Marte coercito;
COCLES, indomito ponte, POLONIÆ:
Dux VISNOVA tuus; potens
HECTOR SARMATIÆ: vis noua vulturum
Contra roſtra rapacium.
Vates penſo dein! ruſtica vis nocens
Adduxit Scythicos canes.
Proh! vtram tenuit præpoſitam manum.
Fulſit MILTIADES nouus.
Hic Perſas iugulat: noſter in vltimo
REX diſcrimine, celſior
Terris; magnanimo plenior impetu,
Vtram præbuerat manum.
Languenti Patriæ profuit illicò
Audax ignibus entheis.
Martis flammigero fortis anhelitu.
Huc Pharſalica, CRASTINI
Victoris repeto dicta; recanduit
Ardens Marte nouiſſimo.
Vt victoria te Cæſar inauguret;
Palmas gloria præferat:
Me diſces hodie viuere; vel mori.
Laudabis bene prodigum
Vitæ, quo Patriam ſanguine cenſeam?
Hæc nos verba remolliunt;
Cor noſtrum parilis ſermo reuerberat
Vitâ (grande piaculum)
Hoſtiles cuneos rumpere prouolat;
Alter CODRVS inæſtuat
Diſturbare ſuâ morte negotium.

Tandem

Tandem fata decentia
Seruarunt pugilem; gloria naufrago
Laurum ſummiſerat ſuam.
Enauit pelagum; ſerta ter aurea
Excepêre ſuum decus.
Illud Iuſtitiæ, pace, tenacius;
Æquâ, ſceptra manu gerit.
Internuncius, hem! ſutor inaudijs;
Et Legatio maxima
Tonſorem leuiter traxerat exteras
In partes: Medicum lego,
Cancellarius hic vndecimo, vices
Ludenti; micat anulus
Quà nuper tremuit fiſſa nouaculâ.
Regi quam puto liberum;
Tam deforme cano, lumina publica
Obſcurare tenebricis
Dignos dum titulis conuenientibus
O Rex, quoſque coallis:
Te fontem recito Solis in vuidam
Conuerſum faciem; ſuis
Hic ceram faculis mollit, arundinem
Vndas inter operculans,
Exſiccat: iubari norma vicario.

AD VIRGINEM MATREM.

Pro ſedando bello inteſtino.

VOTIVVM CARMEN.

ODE XIX.

AGe Virgo mediatrix veneranda;
Dominatrix elegorum: diadema
Cui ſtellæ; manus aurum, pietatis nota ſummæ,
Tibi LECHI populari melos ore
Cumularunt: veteranus grauis ordo

Celebrauit Mariani iubar ortus metuendum
Adapertus fremit orcus ; temulento
Adipoſus ſtrepit orbis macer igne :
Caro feruet, ſocialis pyra mundo crepitanti,
Solideſcit ſcelus atrum ; preme Mater
Preme crimen pede ſacro : geminatâ
Prece, cõpar TRIAS adſit, tenebroſis rutileſcat.
Rabioſis Scytha lixis animatus ;
Canis atrox truculentâ celer ala :
Face plumas gemat vſtas ; iaculato vagus igne.



F. ELI-

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

LYRICORVM LIBER SECVNDVS.

Quod egregiè in *Regno* POL: cæterisq; *Regni* Ducatibus zelauerit Honorem Dei Virgo M THERESSIA.

Zelaui super iniquos. Psal. 72.

ODE I.

ZElum profero, Caritas
Feruens hunc peperit, Mater amabilis.
ZELOTES Deus; excitis
Illimes animas nutrit ab ignibus.
Nuper flamma THERESSIAM,
Prono prosiliens, pauerat Impetu.
Nati continuò noui
Ardores: auidi pectoris intima
Impleuêre doloribus
Virgo zelotypis arsit amoribus.
Toto corde recanduit.
Septennis medio sanguine præbuit
Ad cælos iter obuium,
Postquam paciferum ruperat ocium.
Omni fertur anhelitu.
Zelo crescit amor; tetra, nefariæ
Frangit castra tyrannidis.
Effræni, vitulus iam sine murmure.
Sic idolia perdita;
Vt nusquam solito pegmate barriant.
Ortus lucifer aureus
Immundos PHINEES: ense perambulat

Artus; & cor alopecum
Crebrâ clade cadens, est Hierichuntina
ACHAN saxa, coercitus.
Clarescente, Baal, tegmine; protinus
Assueto caruit loco.
Caluini GABAAM; rectior ISRAEL,
Et cælebs iugulat pudor.
CHRISTI Gloria stat, quà steterat male
Bubonum soboles; graui
Enormis maculâ grex asinarius.
Zelus mente prophetica
Eluxit; stabili corde tenerrimus.
Est omniscius; entheum
Hûc VERBVM cumulat; CLAVVS acuminat.

STANISLAVS IN VISNICZ COMES LVBOMIRSKI, PALATINVS ac GENERALIS CRAC.

Contra Osmanum, Turcicum Imperatorem
GENERALISSIMVS.
PRO VICTORIA
CONVENTVM VISNICENSEM
IESV CHRISTO SALVATORI
A fundamentis erexit; dotauit; dedicauit.

Flumen Dei repletum est aquis. Psal. 64.

ODE II.

APollinari tendimus excitas
Plectro sagittas. Barbitus eleuat
Vibrata tela; glorioso
HELIADVM iaculamur arcu.
Stat meta nobis inclyta, latior
Nilo; vel Hebro ditior aureo;
Euphrate læto stat SRENIAVA
Latior hic facilisque meta.

Amœna Clio tela recenſeat.
Æterna laudum carmina candidis
Inſcribat vndis ; hæ receptos
Amne ferant, reſonentq; cãtus.
Expendo ; quantâ, caſtra Propontidis
Demerſit aluo : fulmina Boſphori
Extinxit vndâ, protulitquè
Auriferum, Patriæ, trophæum.
Hoc flumen, alto, ſtemma domeſticum
Deduxit orbi ; Martis adoreas
Diffudit Eoum per æquor :
Perdomito Feciale Thraci.
Corroboratum cornibus editis
Terris peræquans arma tyrannica :
Summo Tonanti, Viſniano
Templa ſolo celebrata fundat.
Senſere vaſtos quos LVBOMIRSCII,
Turbo Getarum fluminis impetus ;
Quos Medus, & Cilix probroſus ;
Odryſius canis, atq; Dacus :
Hos liberales, aurea voluere
Ramenta, virgo Relligio Parens :
Comperta ; venuſto Polorum
Caſtra ſimul recreare ſaltu.
Campus rubeſcit ? paſſibus obuium
Calcabat hoſtem : torcular Ethnicæ
Vuæ ; Gelonum turba ſenſit
Belliſonis agitata lymphis.
Victor quieſcit iam poſitâ COMES
Tantiſper haſtâ ; currit iantino
Dorſo fluentum, dedicata
Arma Deo, galeaſquè voluit :
Sedes niuoſis extat oloribus ;

CAR-

CARMELVS albo floridus agmine
Illud coronat: alterumquè
Culmen habet; Syriamq; fingit.
Quem clara virtus (discite posthumi)
Plenum serenis vexit honoribus;
Quem Fas, coluros inter ipsos,
Integritas, Pietasq; fixit.
Illum sepulchro Melpomene tenax
Vitæ; fideli carmine seuocat:
Afferta dumquè gesta spectat;
Voce refert iterante, VIVIT.

ALEXANDRO LVBOMIRSKI
COMITI VISNICENSIVM.
SVPREMO REGNI POLONIÆ
ARCHIPPOCOMO.
Gesta PARENTIS memorantur.

ODE III.

QVanto THERESSA prouolet zelo calens?
Quorsum ferat Coloniam?
Ab Vrbe, conditâ Craco; solers iter
Montana versus arripit.
Gelu perenni candicantes, LECHIÆ
Intaminatos aggeres:
Euentilati celsa Carpati iuga,
Adit supremos vertices.
Altas, apellit, martio feruentium
Sedes, calore VINIDVM.
Sic, absoluto dum regit gressu pedem,
Viamquè pergit obuiam.
Gradum SRENIAVA detinet cristallinus,
Alto refusus flumine.
Hoc, siste plantas virgo, monte; sic loqui
Sermone cæpit aureo.

Parce

Patet repertum, quà tibi VISNICIVM,
Colles propinquos occupa.
His; Ille, maximæ, Comes, Toparchiæ;
Resedit Hæres collibus.
Deartuatis, prorsus, isthi nutibus,
Suo Dynastæ proruunt.
Quid ipse? summo, vota, pronus Numini,
Comes Deum, nactus Ducem;
Felice, vota, pro sacra victoriâ,
Litare VICTORI Deo.
Sublime promptus ἀρχιχλέπτοιον; super
Fundo leuare patrio.
Iam voce SALVATORIS, eminens locus,
Magno sacratur nomine.
Iam prouocato pullulascit culmine,
Par culmen instat ætheri:
Intus refulget multiformi marmore,
Crustatus arcu gypseo
Contra proteruos (æris) imbres commodè
Fastigiatur laminâ.
Instructus intra vestium cultu sacro,
Stolâ redundat centupla.
Vtrumquè defluit latus crustarijs
Exercitum Lararijs.
Toto, serenant laureati circulo
Templi, trophæa Thracica.
Acinaces; nostræ typus victoriæ,
Virilis artus tessera
Arcus reflexi; missiles clauæ; graues
Draconis ore cassides
Tetro cruore fulgurantes lanceæ,
Infecta morte spicula.
Frequens locusta, parte qua LECHVM celer
Agros, Tyras subinfluit:

Pernice plausu conuolauerat, suo
Turbo premendus impetu,
Oppressus ergo martiali vortice.
Vtraque luna palluit.
Cruore PONTVS, indecensquè Taurica,
Ausum rubent obnoxium.
DZANVMBET igne torrefactus perfido,
Extinctus vndâ Martiâ.
Lunata pelta, secta partibus quotis;
Hiat, superstes ictibus.
Osmanus Augustale dedicat, suâ
Manû, doloquè perditus.
Hastile fractum cerno, quale SARMATA
In mile vibrabat choros.
Hastile tanto roboratum pectore,
Tumultuosum fraxino:
Fregit vagatos ordines: doctum ferâ
Hærere ternis, cuspide.
Imo, cauare, seminiuum, viscere
Amicius iecur stygi.
Mentemquè labe fæculentam barbarâ
Renunciare tartaro.
Sic est locutum Flumen, Illustrissimæ
Gentis iubar SRENIAVIÆ.
Virtus requirit, qua Deus, qua Patria,
Cliens necessitas, Decus;
Illuc profusum: Christiano Nomini
Pleno fluore prodigum.
Hic, liberali tracta Nympha gurgite,
Sedes nouas recensuit
Hac Hospitalitate virgo percita,
Nec mansionem distulit.
Quà palmitum nuper nemus, circumfluo
Tubercinabatur mero:

Hic

Hic Abstinentiæ Scholam, definijt
Sedem quietis, & precum.
Hic erudito, germinante virgines
Plantauit ore vineam.
Prodire sperat optimum vinum, sacre
Deglutiendum gutturi.
Id ruminare dente candidissimo,
Sponsus Deus depostulat.
Nec vana spes; quietior locus, magis
Patescit imbri cælico.
Lymphis ALEXANDER Dynastes, aureis
Iuuat virentes pampinos.

GEORGIO LVBOMIRSKI
COMITI VISNICENSIVM.
SVPREMO REGNI MARESCHALCO.

Dignitates FVNDATORIS recensentur.

ODE III.

SAltare, SCIRTVS, antedictus ciuium
Damna per immodica:
Sibi recisum lamina
Scriptum tenebat; rippa laminam; malum
Ciuicolas; elegis
Vrbem, fluentum, lacrymis.
Experta casum; baiulare mœnijs,
Illuuiem pauidam,
EDESSA, scirtum, fleuerat.
Per dignitates, gloriosis passibus,
Ille tuus Genitor,
Vicinus iuit flumini.
Quorsum SRENIAVA duxerat Palmarius;
Dum trahit indomito
Mersam sub amne Thraciam:
Iuit, refusa mille, Patriæ vehens

Com-

Commoda: mille bonas
Prospectiones ingerens.
Adnauiganti perspicax Ecclesiæ;
Claustricolisquè celer
Largitione plurima,
Status per omnes vtilis; clientium
Altor; & aegisonus
Defensor Aræ Patriæ.
Euicit ergo, ciuium bono, decens
Quodquè supercilium,
Honóre quouis celsior,
Excessit omnes gloriæ gradus; aquis
Altior æquoreis:
Euphrate læto latior.
Refertus inter haustra Prouidentiæ;
Robore centimano
Præstans; perosus otium.
Trazeniorum nil habet Chrysorrhoas;
Aurea dona vomens,
Superbit vltra congruum.
Quod aritudinem Pelasgorum iuuet,
Lustra per, ille duo;
Cornu - sacratur - Copiæ.
Noster, soluto seuocatus margine,
Sarmaticis Laribus,
Præstat perenni gurgite.
Binumquè cornu si caput super gerit?
Insita prorsus ei,
Cornu fluentis, copia.
In Oenochono adlubescens Græcia,
Pectora segnis alit;
Exercitu Xerxis, macro.
Hic Persicis defecit impar copijs.
Agmina forte ruunt
In nos, Laresquè Persica?

Afros, & Europæa castra; perfido,
Trux, Asiana quoquè,
Osmanus auxit impetu.
Quid his? cruento tædiosus vulnere,
Agminibusque suis
Deperditis latè, ruit.
Prior canit receptui; pacem nece
Quam male quæsierat,
Precum redemit Nuncijs.
Mordensque torquem strangulatus, intima
Fraude cor æquiuocum,
Damnauit, haustis funibus.
Cladis cruentæ, Daciam testem voco;
Narrat, inexplicito
Danaster vber sanguine.
Conchyliatus testis est Podoliæ
Campus; & arua sata
Cadauerosis ossibus.
SVFFECIT ergo Thraciæ; versatiles
Dum properè cuneos,
Confecit igne Martio.
Quos Tauricana fossa fuderat canes.
Hos comitante Syro,
Trinisquè mundi partibus;
Tantis inultos stragibus; tot, perditos
Cladibus egregijs,
Tonantibus cerno globis.
Quorum, nec atra ferre pestilentia;
Arua; nec aura luem
Quiuit; grauis styx pertulit.
Capax, adobrutus Tyras cadauerum
Fæcibus innumeris,
Hosti sepulchra præbuit.

Podolianus campus ille, planior
Amne, stat in sabulos:
Trophæa Lechis aggerit.
SVFFECIT; Orellana latitudinem
Contulit huc; Sapiens
Mæander vndas consilî.
Pactolus alto prouolans Tmolo, graues
Diuitias; rapida
Electra, diues Natuia.
Melas, oliuum liberali verticè,
Quod sacra templa crement.
Ramenta Ganges aurea.
Quid noster Irenarcha conferat suo
Emeritus, fluuio?
Adaggerit Prudentiam.
Subnixus ille Scipioni splendido,
Surget in alta; Polis
Acceptus, & Poloniæ

Fundatio Sacri Deserti in Czerna, sub titulo

S. P. N. ELIÆ PROTOERREMITÆ.

Pilosi saltabunt ibi. Isaiæ 13.

ODE IV.

ERroneos vbi Sicinnij choros
Fauni fatigabant vagi;
Toto salaces ambitu; sueti, leui,
Choreuma gestu texere.
Quà, pellis Aegipanes histrionicæ,
Villis amicti ludicris:
Adhinniebant ore nugatorio,
Plausuquè, voces horridas.
Caudas equino crine despicabiles
Traxere tesqua per caua.

Salta

Saltu procace montium lusoria
Detriuerant cacumina:
Illic refulsit, nocte lucens, altera,
Improlis haud, sed innuba
Diana; virgo corde, virgo corpore
Pudore cælebs integro.
Saphaticis telis, manu prophetica,
Sponsi sui clauo potens.
Moræ quid adsim? cerno solitudinem
Tot expeditam fæcibus,
Cedunt Eremo Czerniâ, Pan impiger;
Onoscelis tumultuans
Terroris actor, Faunus illætabilis,
Functus probroso munere.
Libamen olim, peruicaciter suo
Cremabat HORRORI Deo;
Pauens Auentinus Timorem tabidum,
Placabat igne lurido
Nunc fausta successêre nobis Orgia,
Abactus infelix Pauor.
Montis, gregatim carpsit Atlantis iuga,
Telis pudoris exulans.
Quam Sol benignis temperauit æstibus,
Contempsit auram Sarmatum.
Assuetus Indicana ferre perperam,
Recusat astra Lechica.
Turbo recessit inquies; grex insolens;
Successit illustris quies.
Dictynna nostra, tesqua solitaria,
Fauente flectit Ascia.
Ibi lacunans mansiones, debili
Labore defetiscitur.
Sacro sopore mersa transfugam videt.
Gestire luco belluam.

Satyrus ouans, gessit sicinistam leuem.
Quid sic? Alexandro furens
Responsa vates, quæ tulit; nostræ magis
Hæc, seruiant viragini.
Is veritatis est scopus; laudabilis
Εὰ τύχη erit SELECIA.
THERESSA Mater, possid suam Tyrum,
Nouasque gazas occupa.
Diualium frequens hic mercium status,
Silentium, precum ferax.
Marinus illic haud quatit sonus; bonæ
Aures quieti deditas.
Nullus procellâ futilis circumflua
Depręliatur Eolus.
Cælestis aura, pectus intimum Deo
Mulcet; sacro spiramine.
Labuntur imo riuuli cursu: Deum
Nato salutant murmure.
Acredulæ, strepentibus cicadulis,
Almi sub vmbra congruunt.
Duplo colore, schema duplex vestium,
Expressa signant marmora.
Lygæus intra, quos calente pectore
Adussit alma Caritas.
Extra, pudore candidus, refert sacræ
Plantationis lilia.
Rabbi facetus mentiatur interim,
Abram nouator dogmatum.
Dei Creaturas (greges asinipedum)
Non absolutas, incubos.
Sequente, finxit, præpeditum Sabbatho
Dispendio graui, Deum
Symmetriam non explicasse debitam,
Sic pluribus carens opus,

Remansit impari metro; præposterâ
Remissione dissonum.
Fictor iocosam suggerens sententiam;
Nolens, ministrat seriam.
Vliginoso subsit hæc mendacio;
Discussa, fit verissima.
Vbi decora prosequuntur Sabbatha,
Et Iubilum tenerrimo
Sub corde feruet; otiumquè mysticâ
Quiete comprehenditur:
Illinc sicinnistas carentes debita
Integritate, cedere.
Haûd stare firmo, credimus loco; leues,
Perfectioni deuios.
In iubilantibus quidem præcordijs,
Deus perennat ferias.
In se reductis, Sabbathisat mentibus.
Perinde verum dicere.
Vltrò, ferentem solitudinis locum,
Abstractio quem possidet.
Integritate præditum: Sacræ, fore
Beatitatis compotem.

SACRI DESERTI FVNDATRICI
AGNETI à TECZYN COMITI FIRLEIOVÆ,
PALATINÆ CRAC.
LVCÆ DE BNIN OPALINSKI
CVRIÆ MARESCHALCO
eiusquè Conforti
ISABELLÆ OPALINSKÆ.
IN TECZYN HEREDIBVS.

Properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cedentes ligna. Ier. 46.

ODE V.

HIc Amne vectus, quem iubar inclytum

SRENIAVIANÆ Gentis inaugurat.
Cælos auitâ carpit alter
NAVE potens OPALINIANA.
Quid VESLIORVM CORNVA? gaudio
Completa laudo; CORNIBVS intima
KRASICCIANIS: vim, Polorum,
His patitur generale Regnum.
Huc &, sereno sidere plenior
Affulsit inter, LVNA, coercitas
Mortes; DANILOVICIANA
TYSZKIEVIÆ similis lucerna.
Odore præstant LILIA; pascitur
Odore Sponsus: cerne, nouissima,
Stat lilieto PACIANO
Meta Deus, columenq; firmum.
HAMVMne tango? forte reciproco
Amore feruens FIBVLA candicat;
Cælumquè deperit sodali
KORSACIVS pietate candor.
Specto IANINAM; vis noua cælicos
Contra Coluros, SCVTA SOBISCIA.
Inuenit OSSOLINIORVM
SPLENDOR, iter; parilemq; passum.
In astra vibrant arma domostica,
Cælos apellunt muneribus suis.
AGNES leone comparato
Fulta; viam referat SECVRI.
Hic ille splendor, qui stratioticis,
CONSOq; gratis creuerat actibus.
Sacroquè CÆSARVM fidelis
Obsequio, meritiquè dono.
Defert, paratam tollere perfidum
Genus Gelonum, magnanimus leo
Defert Bipennem; Thraciosquè,
Quos stat iners, petulansquè tellus,

Canes

Canes perenni cædit acumine.
Et ne quid illi desit ad integrum
Nomen, decusque; subditiuum
Est superis, manuale ferrum.
Fasces auitos inter, & auium
Nemus diurnans; tesqua perenniter
Silentiarijs dicauit
Apta viris, precibusque mentis.
Quondam profanæ Palladi condito
Seruit Lycæo; nunc Sapientiæ
Thesim secuta, sempiternæ,
Quæ Deus est, studiosa vitæ.
Splendore tanto firma, thalassinas
Vicit procellas; nec temeraria
Nocet Charybdis; lucis almæ
Lintre, polos penetrare docta.
Facundioso capta silentio,
Contentiosi iurgia dogmatis
Ridet: locuta mente, Suadam
Ore tacens, superauit ipsam
His Martialis splenduit Ascia.
Quid Nauis, amplo stans oneraria
Campo? Palatinæ Securi
Iunxit opes, animamque naui
Vectam decorâ; quanta superuehit
LVCAM, serenâ mente coercitum.
Quantâ, paterni, quodq; scæuum
Diluuium, superant Penates.

EPITAPHIVM
ILLVSTRISSIMÆ FVNDATRICI.

Ducam eam in Solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.
Oseæ 2.

ODE VI.

HÆc est Eremus, quam paterno stemmate,
Fundo, manuque propria.

STARZONIANÆ singularis gloria
Domus; Comes TECZYNIA.
Magnæ Palatina Crociæ, Potentium
Ipsum TOPORORVM decus.
Pacalis AGNES, æuiterni nominis,
Herois Illustrissima:
Erexit; ægrè dissipato funditus
Montis iugo Selecij.
Hic Thesbiano Numini sacram domum,
Sibiquè flexit nidulum.
Hic acquiescens, molliter cubat, suis
Acclinis actibus bonis.
Compendium, Viator en habe breue,
Virtutis exactissimæ,
Amata solitudo præsentem Deum;
Lucem Deus; lux intulit
Facem; quid illa? feriari nescijt:
In omno, cor, mouit bonum.
An diffiteris? Phanuelitim sacram
Hic alteram damus tibi.
Septem, (viro, marita facta) tempora
Dicto litauit muneri.
Denatus vt vir, lustra vixerat decem
Sacro beatior statu.
Annis labascens interim maturrimis,
Grandi senectâ plenior.
Intra pudicum, grata sanctitudini;
Cælebs quiescit ordinem.
Viuit sepulta, nec mori timet; sacro
Pudore stat superstite:
Ordo perennis, corde solitario,
Confert Parenti viuere.
Calens, quotanis dum Calendas Iunias,
Phœbus reducit sedecim.

Idem,

Idem, ſepulchrum, floribus cunctis beat,
Cultu fidelis annuo.
Ratâquè, regulariter fusâ prece,
Poſcit cubare molliùs
Manes beatos, mens vbi manet, breui
Dignos morari ſedibus.

Fundatio Domus Nouitiorum, titulo
IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS DEIPARÆ VIRGINIS.

Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo?
Eccli. 12.

ODE VII.

SI vera clangit fama, venefici
Luco, repandis frondibus abditi;
Suoquè trux Medæa coſto,
Et Magicis Hecate venenis,
Cytæa mactans, prædita Theſſalo
Stridore Circe, perdita Colchicis
Vltrò venenis, dira crine
Vipereo, latitauit in te.
Mouere blenno ſaxa podagrica
Ambage; terris oſſa latentia,
Potens Meduſa; ſemiùſtos
Voce ſuâ reuocare manes;
Hic & Cauinus, turpis ἀλώπεκα,
In corde caluus; mentis equariæ
Brutum coinquinans; aluco
Noctiuagus, poſuiſſe nidum
Plaudebat olim. Nunc Pietas graui
Decora vultu; docta propheticâ
Plantationem, termeteſquè
Allophylos animare vitâ.

Gregem

Gregem, polaris pellit alopecum,
Minerua pellit: ſtat Sapientia;
Sequi per ignes Docta CHRISTVM,
Mente, polos penetrare docta.
Hic primitiarum ſtabilis area
Frugum probatur; quas tribuario
Reſeruet horreo: repellat
Quod lolium, paleaſquè molles.
Hæc abnegandis mentibus optima
Palæſtra; ſuppar tribula pectori
Emolliendo: manſionis
Fabra ſacræ; probitatis hauſtrum.
Vini premendi torcular efficax,
Probata ſacris praxis amoribus;
Cultrix iuuentæ: ſanctitatis
Aula; meri decoris Magiſtra.
Hic Sacroſanctæ, Virgo DEVMPARA,
CONCEPTIONI iuſſit adaggeri
Domum; pudoris eſt amuſſis,
Integritas bonitaſquè Matris.
Nemo fatiſcat, quiſquis adulteri
Draconis ictus ore grauiſſimo
Langueſcis; incantator illex,
Angelicâ recreare lingua.
Virgo medenti plena Chariſmate,
Patrocinatur vulneribus tuis.
Noctem, perennis anteceſſit
Gratia lux; benedixit ortum.
Exultet æger, qui genitum nefas
Damnabat olim; ſole recanduit
Eos MARIA, CHRISTVS almæ
Matris amor, mutilauit vmbras.
Exorta nobis lumine purior
Aurora vitæ, gratuitus dies

Affulſit:

Affulſit: orco diffluente,
Gaudia ſtant, redeuntq́ luce.
Mollem ne dices; id quoquè traxerat
Laudem puellæ, dum columi pede,
Stygis friauerat gementis
Turpe caput, paticumquè guttur?
Laus ipſa. Gaude quiſquis edulio
Serpentis alges, virgo pijſſima
Vicit, ſacrante fulta prole;
Virgineo celebrata partu.
Exulcerauit quem coluber, merum
Virus coaxans, accipe ſtrenuæ
Notam ſalutis; non onuſtam
Ære Crucem tibi depaciſcor:
Corona CHRISTVS, pendet amabili
En Chryſomallo pulchrior; aureo
Agnus colore; comprehenſa
Chryſopraſus Deitate, pendet
Ab angue ſi quis morſus, adæſtuat;
Vitalis vndæ ſtagna rebulliunt.
Quino canali gratiatum
Stagna ruunt, agitata ferro,
Tu vel profuſis viſibus aſpice;
Sat eſt obertis cernere viſibus:
Naſcetur intra Charitatis
Flamma calens, oculis coorta.
Quino tremiſcat, quantus acumine?
Id ſi reuoluas; eſt Homouſius
Luci Paternæ; virginali
Carne tener, puerique forma.
Proinde needum par onerariæ
Moli ſuperſtat, mollior artubus
Nuperrimis, ludit ferendam
Ante Crucem, ſocioſquè poſcit.

Cruci

Cruci leuandæ, paruulus obuiam
Opem gemiscit; currite paruuli
Tenerrimum Deum leuate
Pondere sub nimio labantem.
Leuatis! hæc vos, proxima Numini;
Vicina cælis; inter iantina
Reducet astra, fluctuoso
Eripiet cynosura passu.
Caliginosa nocte coercitum,
Contagioso crimine naufragum
Hæc portat orbem, sospitalem
Crux tabulam, columenque præstat.
Importuoso forsan in æquore,
Graues procellas vincere commodo
Quæris phasello? tutus hocce
Lintre, ferum superabis æquor.

MATTHIÆ PSTROKONSKI
EPISCOPO PREMISLIENSI
Supremo Regni Cancellario.
LAVRENTIO IVSTIMONTI
Primis & maximis, supra nominati loci Benefactoribus.

Quasi plantatio Rosa in Iericho. Eccl. 24.

ODE VIII.

SEcuræ volucres, detulerant exuuias suas;
Sic puluillus erat pluma, Deo, mollis Apollini.
Huc examen apum, ceræ quibus lucida creuerat,
Ceram fert, apio compositam; munera Delphico.
Antistes; pietatis genius, cultor, & arbiter;
SEGNATOR tuus, ô LECHIA: prognata PORAIO
Excellens soboles, quem Rosa vernans superinduit;
CARMELVM recipit primus, & horto iuuat indigum.
Serto purpurei luminis HIPPONA PSTROKONIA
Innato caret vnquam: rosa porrò redimit Deam.

Hæc

Hæc illi sacra: flos delicias hic Heliconibus
Consuetas tribuens, imperij tessera sit bona.
Verni temporis vber typus est, arca silentij.
Quod-si vis, Iericho nata, micet quâ Sapientiâ?
Pandum cor aperit; quâ, puerascens, sociâ Deus
Visus carne; diem condecorat dispositâ comâ.
Quæuis festa Dei Matris honorans, tyrianthinum
Vultum displicat. Abscondita nobis, Trias emicat
Hoc in flore patenter, trifidum cernite caudicem.

Hunc florem varius condecorauit color; aureo,
Intus feruet amor; candidus edisserit azymo
Cor albescere tractu: rigido sanguine blatteus;
Hostes, egregio percitus illiserat impetu:
Mox depicta remansit, rosa, riuo stratiotico.
Hanc horto retulit, Primitiatum segetem ratam
Præsul; sic hilarauit, roseâ, corda nouitia
Conuelata tholo: sicuê rosæ, verba silentium
Commendata, virorum; sacra nutrit speculatio,
Hanc plantatio CONCEPTA, probauit sibi commodam.
Æternisquê vouet, floris amores, viridarijs.

IVSTA MENTE dein, vir bonus; ëgressa Bononiæ
Proles, vrbe fideli; cui nummaria dextera,
Os ciuile; cor almæ bonitati sociabile:
Expensas domui ducatæ, non voluit suas.
Postquam languidus, à morte superstes prece conualet.
Et pro quercubus, æterna; (bonâ sorte) palatia
In cælis habitat: cedrina, pro roboreâ domo,
Obuenit meliori pretio: sic pietas meret.

DIVIS; MICHAELI ARCHANGELO,
S. PATRI NOSTRO IOSEPHO SPONSO DEIPARÆ.
STVDIORVM DOMVS ERECTA CRAC.

Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Gen. 49.

ODE IX.

HIc vbi ferro galeatus, audax
Ore feruenti, gladioquè præstans
Morphnus, articum posuit secundo
Margine nidum

VRBS opimatos imitata campos,
Elaborato generosa cultu,
Seruat extensos aquilæ lacertus,
Altera GNEZNA.

Hîc salutaris pietas, profusis
Sumptibus, Magni IAGELONIS orta,
Emicat, tanto Iuuenum decora
Flore Polonûm.

Ante urbano CRACVS interempto
Ingruit monstro, cui mons virore
Crescit excelso; MANICæquè surgit
Colle sepulchrum.

Quà Serenatus fugit alsioso
VANDALVS dorso; celebratquè nomen
Virginis; victo Duce consecrantis
Arma fluento:

Virginis, toto iuuenile corpus
Amne mergentis; deamare fortè
Ne quis aspiret decus, infrunito
Corde, puellæ.

VANDA, non vltra pateat procaci
Visui; Nymphas adamatus inter

HA-

HAMVS abdatur; cinereſquè CLARA
TVMBA reſeruet.
VAVEL hîc, celſum nitet antecellens
CARPATHI culmen, ſolidâ ſacrati
PRÆSVLIS vitâ; meritiſquè ſummum
Vincit olympum.
Igne conſpirans HIACINTHVS, halat
Floris ardorem, DOMINI catellus
Quo ſuperuectus calor, ore tractos
Spargit odores.
Huc POLONORVM prece FLORIANVS,
Flos deoratus properans Quirini
VRBE, Lechorum gerulo cubile
Pectore ſtrauit.
Compari cultu cumulata virgo,
Complacens merſis habitare thermis;
Munda ſtat, præceps vbi fortè ſtabat
Crimen in vndâ
Mox inundauit, meliuſquè lauit
Incolas, vitæ fluuius, polare
Nectar inuexit, ſuperoquè corda
Rore liniuit.
Stanneus quondam maculas aqualis
Abligurijt, populare quotquot
Vulgus intorſit, maculas aperto
Corpore merſit.
Nunc profanatum ſcelus, ætheralis,
Vi ſuperfuſâ, Themis examureat;
Pectorum virus, Cruce roborata
Verba liturent.
Currit illimi pietas nitore;
Protinus CHRISTO redamatus ardor,
Et reformato, calor actualis
Stagnat amore.

Carne vestitus Deus, eliquescit
Igne non vsto, simul incruentâ
Hostiâ fusus, madet aniterno
Imbre salutis.

Quid verecundo melius madore?
Vel resignato Deitatis igne
Purius? quid sit fluido pudoris
Ditius auro?

CHRISTVS ardescit, tenerasquè mentes
Eluit flammâ, cor egens decore
Complet, irrorat bonitatis amne,
Sidere missus.

Pascit imbelles dape vigorosâ,
Carne conuiuas redimente pascit;
Sanguinis, dulci, laterisquè philtrum
Vase propinat.

PETRO GEMBICKI,
EPISCOPO CRAC: DVCI SEVERIÆ.

Religionis Benefactori & Protectori munificentissimo.

Cognoui quod non esset melius, nisi lætari, & benè facere in vita sua. Eccl. 3.

ODE X.

FAustos Attica nuntios,
Postquam detulerant lætitiæ notas;
Florenti diademate,
Verbenis coluit: nobile, gaudij,
Serto commonuit caput.
Internuntius huc adsto prophetico
Missus Castalidum choro.
Complaudente, fero, iubila carmine.
Edico, bene prodigos
Lætari; meritis astra recenseo.

Cogno-

Cognoſco meritorijs
Dignatos precibus, Participes Dei
Naturæ ſuperadditæ.
Sertum non aliud quæro; niuaria
Sertum FASCIA ſufficit;
Regali celebris vitta potentiâ,
Hæc noſtrum redimit caput.
Quiſquis deblaterat me venerabile
Vſurpare decus: lito
Vates lætitiæ, nec temeraria
Vittatus leuo tempora.
Sceptrum ſufficiens thyrſus erat cui
Noſtras Antigonus, tulit
Præſtans Aemoniæ Rex, Hederas: ſacro
Inſertus pugil agmini.
Vnicentem ſolidis aſtra fauonijs,
Agnatum colo Regibus
CARMELVM Superis anno domeſticum;
Hic Vittâ micat aureâ;
HELIÆ gladius, reddit in omnium
Bellorum genus, impigrum.
Nobis plauſibilis Tænia candicat.
Hac cinctus, noua profero
(Quæ conflat pietas,) gaudia Præſuli,
Paſtori memorabili.
Qui diſconueniunt officijs ſuis;
Mærens hi doleant caput:
Horum vitta liget languida, ſinciput,
Quos iam vita redarguit.
Antiſtes placido pectore; muneri
Par; tantis gregibus vigil;
CHRISTO munificus gaudeat actibus
Excelſus manuarijs.
Tantum lætificet FASCIA verticem,

Sacro textilis ordine.
Aduentantis habet præmia iubili
Cæleſtes redolet roſas.
Merces ipſa ſibi; ſtat bona Gloria;
Laudis meta recon ditæ.
Currens ampliuſq́ circulus orbitâ
ÆTERNVM repetit diem.
Hic debetur ei, qui peridoneis
Commiſſum ſibi paſcuis
Exemploque gregem pauit: atechniæ
Hoſtilis temerariæ.
Hac pulſus Macedo, Lyſimachum graui
Læſit forſan acumine.
Caſum præcipiti mente piaculans;
Damnabat gladij ſitim.
Frontem fortuito vulnere diffluam;
Tractâ vertice faſciæ;
Rex, idem medicus, belligerâ manu
Sectum colligit occiput.
Tanto Lyſimachus clarior omine.
Illic Regia dignitas,
Contractæ nituit credita tæniæ.
Paſtoris toties pedum
Excelſis tenuit cura laboribus.
Hæc mentem lacerauerat.
Nec ſomnis oculos hauſerat excitos.
Anceps tempora læſerat
Enſis ſollicitis efferus ictibus.
Talem Regia celſitas
Clarum de SLOPIA lumine Principum
Inter connumerat Duces
PIASTI progenie regificam, locat
Vicinam bene Regibus.
Libertatis amor hanc adamantino

Fultus

Fustus corde, perambulat.
LIBER tæniolam constituit Pater,
Primus vertice, laureæ
Victor serta tulit liber ab hostibus.
Tigranes male cesserat
Regno, Pompeij victus acinace.
Vittam subdidit æmuli
Calcandam pedibus; victa Toparchia.
VICTORI melius Deo
Hæc subiecta semel Tænia, plurimis
Illustris manet infulis.
Excellens gemino culmine, Persicam
Euicit cidarim: placet
Illi cæruleus; cæsicus alteri
Discumbit solitus color.
Insignit Darium purpura, Fasciæ
Intertexta; supermicat
Rectori Numidum candida; discolor
Hebri traxerat accolam.
Candor GEMBICIOS texit; eburneam
Vittam candor operculat.
Innatus Domui viridicæ color.

Fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.
1. Petr. 4.

LVCÆ DAMBSKI
CANONICO CRAC.
Cæterisque Conuentus Benefactoribus.

Detruncatas nonnulli PINVS ac incensas Castasque flammis, in QVERCETA obseruant verti. S. Basil. in Hexam. Hom. 5.

ODE XI.

DEmiror fragili, munera credita
Naturæ; stupeo dona; recognitis
Extol-

STARZONIANÆ singularis gloria
Domus; Comes TECZYNIA,
Magnæ Palatina Crociæ, Potentium
Ipsum TOPORORVM decus,
Pacalis AGNES, æuiterni nominis,
Herois Illustrissima:
Erexit; ægrè dissipato funditus
Montis iugo Selecij.
Hic Thesbiano Numini sacram domum,
Sibiquè flexit nidulum.
Hic acquiescens, molliter cubat, suis
Acclinis actibus bonis.
Compendium; Viator en habe breue,
Virtutis exactissimæ,
Amata solitudo præsentem Deum;
Lucem Deus; lux intulit
Facem; quid ista? feriari nescijt:
In omnò, cor, mouit bonum.
An diffiteris? Phanuelitim sacram
Hic alteram damus tibi.
Septem, (viro, marita facta) tempora
Dicto litauit muneri,
Denatus Vt vir, lustra vixerat decem
Sacro beatior statu.
Annis labascens interim maturrimis,
Grandi senectâ plenior.
Intra pudicum, grata sanctitudini;
Cælebs quiescit ordinem.
Viuit sepulta, nec mori timet; sacro
Pudore stat superstite:
Ordo perennis, corde solitario,
Confert Parenti viuere.
Calens, quotanis dum Calendas Iunias,
Phœbus reducit sedecim.

Idem,

Idem, sepulchrum, floribus cunctis beat,
Cultu fidelis annuo.
Ratâquè, regulariter fusâ prece,
Poscit cubare molliùs
Manes beatos, mens vbi manet, breui
Dignos morati sedibus.

Fundatio Domus Nouitiorum, titulo
IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS DEI-
PARÆ VIRGINIS.

Quis miserebitur incantatori à serpente percusso?
Eccli. 12.

ODE VII.

SI vera clangit fama, venefici
Luco, repandis frondibus abditi;
Suoquè trux Medæa costo,
Et Magicis Hecate venenis,
Cytæa mactans, prædita Thessalo
Stridore Circe, perdita Colchicis
Vltrò venenis, dira crine
Vipereo, laritauit in se.
Mouere blenno saxa podagrica
Ambages; terris ossa latentia,
Potens Medusa; semirritos
Voce suâ reuocare manes;
Hic & Cauinus, turpis ἀλώπεκα,
In corde caluus; mentis equariæ
Brutum coinquinans; aluco
Noctiuagus, posuisse nidum
Plaudebat olim. Nunc Pietas graui
Decora vultu; docta propheticâ
Plantationem, termetesquè
Allophylos animare vitâ.

Gregem

Gregem, polaris pellit alopecum,
Minerua pellit: stat Sapientia;
Sequi per ignes Docta CHRISTVM,
Mente, polos penetrare docta.
Hic primularum flabilis area
Frugum probatur; quas tribuario
Referuet horreo: repellat
Quod lolium, paleasquè molles.
Hæc abnegandis mentibus optima
Palæstra; suppar tribula pectori
Emolliendo: mansionis
Fabra sacræ; probitatis haustrum.
Vini premendi torcular efficax,
Probata sacris praxis amoribus;
Cultrix iuuentæ: sanctitatis
Aula; meri decoris Magistra.
Hic Sacrosanctæ, Virgo DEVMPARA,
CONCEPTIONI iussit adaggeri
Domum; pudoris est amussis,
Integritas bonitasquè Matris.
Nemo fatiscat, quisquis adulteri
Draconis ictus ore grauissimo
Languescis; incantator illex,
Angelicâ recreare lingua.
Virgo medenti plena Charismate,
Patrocinatur vulneribus tuis.
Noctem, perennis antecessit
Gratia lux; benedixit ortum.
Exultet æger, qui genitum nefas
Damnabat olim; sole recanduit
Eos MARIA, CHRISTVS almæ
Matris amor, mutilauit vmbras.
Exorta nobis lumine purior
Aurora vitæ, gratuitus dies

Affulsit:

Affulsit: orco diffluente,
Gaudia stant, redeunte luce.
Mollem ne dices; id quoquè traxerat
Laudem puellæ, dum columi pede,
Stygis friauerat gementis
Turpe caput, paticumquè guttur?
Laus ipsa. Gaude quisquis edulio
Serpentis alges, virgo pijssima
Vicit, sacrante fulta prole;
Virgineo celebrata partu.
Exulcerauit quem coluber, merum
Virus coaxans, accipe strenuæ
Notam salutis; non onustam
Ære Crucem tibi depaciscor:
Corona CHRISTVS, pendet amabili
En Chrysomallo pulchrior; aureo
Agnus colore; comprehensa
Chrysoprasus Deitate, pendet
Ab angue si quis morsus, adæstuat;
Vitalis vndæ stagna rebulliunt.
Quino canali gratiatum
Stagna ruunt, agitata ferro,
Tu vel profusis visibus aspice;
Sat est obortis cernere visibus:
Nascetur intra Charitatis
Flamma calens, oculis coorta.
Quino tremiscat, quantus acumine?
Id si reuoluas; est Homousius
Luci Paternæ; virginali
Carne tener, puerique forma.
Proinde needum par onerariæ
Moli superstat, mollior artubus
Nuperrimis, ludit ferendam
Ante Crucem, sociosquè poscit.

Cruci

Cruci leuandæ, paruulus obuiam
Opem gemiſcit; currite paruuli
Tenerrimum Deum leuate
Pondere ſub nimio labantem.

Leuatis! hæc vos, proxima Numini;
Vicinæ cælis; inter iantina
Reducet aſtra, fluctuoſo
Eripiet cynoſura paſſu.

Caliginoſâ nocte coercitum,
Contagioſo crimine naufragum
Hæc portat orbem, ſoſpitalem
Crux tabulam, coſumenque præſtat,

Importuoſo forſan in æquore,
Graues procellas vincere commodo
Quæris phaſello? tutus hocce
Lintre, ferum ſuperabis æquor.

MATTHIÆ PSTROKONSKI
EPISCOPO PREMISLIENSI
Supremo Regni Cancellario.
LAVRENTIO IVSTIMONTI
Primis & maximis, ſupra nominati loci Benefactoribus.

Quaſi plantatio Roſa in Iericho. Eccl. 24.

ODE VIII.

SEcuræ volucres, detulerant exuuias ſuas;
Sic puluillus erat plumæ, Deo, mollis Apollini.
Huc examen apum, ceræ quibus lucida creuerat,
Ceram fert, apio compoſitam; munera Delphico.
Antiſtes; pietatis genius, cultor, & arbiter;
SIGNATOR tuus, ô LECHIA: prognata PORAIO
Excellens ſoboles, quem Roſa vernans ſuperinduit;
CARMELVM recipit primus, & horto iuuat indigum.
Serto purpurei luminis HIPPONA PSTROKONIA
Innato caret vnquam: roſa porrò redimit Deam.

Hæc

Hæc illi ſacra : flos delicias hic Heliconibus
Conſuetas tribuens, imperij teſſera fit bona.
Verni temporis vber typus eſt, arca ſilentij.
Quod-ſi vis, Iericho nata, micet quâ Sapientiâ ?
Pandum cor aperit ; quâ, pueraſcens, ſociâ Deus
Viſus carne ; diem condecorat diſpoſitâ comâ.
Quæuis feſta Dei Matris honorans, tyrianthinum
Vultum diſplicat. Abſcondita nobis, Trias emicat
Hoc in flore patenter, trifidum cernite caudicem.

Hunc florem varius condecorauit color ; aureo,
Intus feruet amor ; candidus ediſſerit azymo
Cor albeſcere tactu : rigido ſanguine blatteus,
Hoſtes, egregio percitus illiſerat impetu :
Mox depicta remanſit, roſa, riuo ſtratiotico.
Hanc horto retulit, Primitiarum ſegetem ratam
Præſul ; ſic hilarauit, roſeâ, corda nouitia
Conuelata thoro : ſicnè roſæ, verba ſilentium
Commendata, virorum ; ſacra nutrit ſpeculatio,
Hanc plantatio CONCEPTA, probauit ſibi commodam.
Æterniſquè vouet, floris amores, viridarijs.

IVSTA MENTE dein, vir bonus ; ægreſſa Bononiæ
Proles, vrbe fidelis ; cui nummaria dextera,
Os ciuile ; cor almæ bonitati ſociabile :
Expenſas domui ducatex, non voluit ſuas.
Poſtquam languidus, à morte ſuperſtes prece conualet.
Et pro quercubus, æterna ; (bonâ ſorte) palatia
In cælis habitat : cedrina, pro roboreâ domo,
Obuenit meliori pretio : ſic pietas meret.

DIVIS; MICHAELI ARCHANGELO,
S. PATRI NOSTRO IOSEPHO SPONSO DEIPARÆ.
STVDIORVM DOMVS ERECTA CRAC.

Lauabit in Vino stolam suam, & in sanguine Vuæ pallium suum. Gen. 49.

ODE IX.

HIc vbi ferro galeatus, audax
Ore feruenti, gladioquè præstans
Morphnus, artitum posuit secundo
Margine nidum

VRBS opimatos imitata campos,
Elaborato generosa cultu,
Seruat extensos aquilæ lacertus,
Altera GNEZNA.

Hîc salutaris pietas, profusis
Sumptibus, Magni IAGELONIS orta,
Emicat, tanto Iuuenum decora
Flore Polonûm.

Ante urbano CRACVS interempto
Ingruit monstro, cui mons virore
Crescit excelso; MANICæquè surgit
Colle sepulchrum.

Quà Serenatus fugit alsioso
VANDALVS dorso; celebratquè nomen
Virginis; victo Duce consecrantis
Arma fluento:

Virginis, toto iuuenile corpus
Amne mergentis; deamare fortè
Ne quis aspiret decus, infrunito
Corde, puellæ.

VANDA, non vltra pateat procaci
Visui; Nymphas adamatus inter

HA-

HAMVS abdatur; cineresquè CLARA
TVMBA reseruet.
VAVEL hîc, celsûm nitet antecellens
CARPATHI culmen, solidâ sacrati
PRÆSVLIS vitâ; meritisquè summum
Vincit olympum.
Igne conspirans HIACINTHVS, halat
Floris ardorem, DOMINI catellus
Quo superuectus calor, ore tractos
Spargit odores.
Huc POLONORVM prece FLORIANVS,
Flos deoratus properans Quirini
VRBE, Lechorum gerulo cubile
Pectore strauit.
Compari cultu cumulata virgo,
Complacens mersis habitare thermis;
Munda stat, præceps vbi fortè stabat
Crimen in vndâ
Mox inundauit, meliusquè lauit
Incolas, vitæ fluuius, polare
Nectar inuexit, superoquè corda
Rore liniuit.
Stanneus quondam maculas aqualis
Abliguriuit, populare quotquot
Vulgus intorsit, maculas aperto
Corpore mersit.
Nunc profanatum scelus, ætheralis,
Vi superfusâ, Themis examureat;
Pectorum virus, Cruce roborata
Verba liturant.
Currit illimi pietas nitore;
Protinus CHRISTO redamatus ardor,
Et refurmato, calor actualis
Stagnat amore.

Carne vestitus Deus, eliquescit
Igne non vsto, simul incruentâ
Hostiâ fusus, madet æuiterno
Imbre salutis.
Quid verecundo melius madore?
Vel resignato Deitatis igne
Purius? quid sit fluido pudoris
Ditius auro?
CHRISTVS ardescit, teneras*que* mentes
Eluit flammâ, cor egens decore
Complet, irrorat bonitatis amne,
Sidere missus.
Pascit imbelles dape vigorosâ,
Carne conuiuas redimente pascit;
Sanguinis, dulci, lateris*que* philtrum
Vase propinat.

PETRO GEMBICKI,
EPISCOPO CRAC: DVCI SEVERIÆ.

Religionis Benefactori & Protectori munificentissimo.

Cognoui quod non esset melius, nisi lætari, & benè facere in vita sua. Eccl. 3.

ODE X.

FAustos Attica nuntios,
Postquam detulerant lætitiæ notas;
Florenti diademate,
Verbenis coluit: nobile, gaudij,
Serto commonuit caput.
Internuntius hûc adsto prophetico
Missus Castalidum choro.
Complaudente, fero, iubila carmine.
Edico, bene prodigos
Lætari; meritis astra recenseo.

Cogno-

Cognosco meritorijs
Dignatos precibus, Participes Dei
Naturæ superadditæ.
Sertum non aliud quæro; niuaria
Sertum FASCIA sufficit;
Regali celebris vitta potentiâ,
Hæc nostrum redimit caput.
Quisquis deblateras me venerabile
Vsurpare decus: lito
Vates lætitiæ, nec temeraria
Vittatus leuo tempora.
Sceptrum sufficiens thyrsus erat cui
Nostras Antigonus, tulit
Præstans Aemoniæ Rex, Hederas: sacro
Insertus pugil agmini.
Vmicentem solidis astra fauonijs,
Agnatum colo Regibus
CARMELVM Superis anno domesticum;
Hic Vittâ micat aureâ;
HELIÆ gladius, reddit in omnium
Bellorum genus, impigrum.
Nobis plausibilis Tænia candicat.
Hac cinctus, noua profero
(Quæ constat pietas,) gaudia Præsuli,
Pastori memorabili.
Qui disconueniunt officijs suis;
Mærens hi doleant caput.
Horum vitta liget languida, sinciput,
Quos iam vita redarguit
Antistes placido pectore; muneri
Par; tantis gregibus vigil;
CHRISTO munificus gaudeat actibus
Excelsus manuarijs.
Tantum lætificet FASCIA verticem,

Fustus corde, perambulat,
LIBER tæniolam constituit Pater,
Primus vertice, laurea
Victor serta tulit liber ab hostibus.
Tigranes male cesserat
Regno, Pompeij victus acinace.
Vittam subdidit æmuli
Calcandam pedibus; victa Toparchia.
VICTORI melius Deo
Hæc subiecta semel Tænia, plurimis
Illustris manet infulis.
Excellens gemino culmine, Persicam
Euicit cidarim: placet
Illi cæruleus; cælicus alteri
Discumbit solitus color.
Insignit Darium purpura, Fasciæ
Intertexta; supermicat
Rectori Numidum candida; discolor
Hebri traxerat accolam.
Candor GEMBICIOS texit; eburneam
Vittam candor operculat.
Innatus Domui viridicæ color.

Fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.
1. Petr. 4.

LVCÆ DAMBSKI
CANONICO CRAC.
Cæterisque Conuentus Benefactoribus.

Detruncatas nonnulli PINVS ac incensas Vastasque flammis, in QVERCETA obseruant Verti. S. Basil. in Hexam. Hom. 5.

ODE XI.

DEmiror fragili, munera credita
Naturæ; stupeo dona; recognitis

Extol-

FVNDATIO SANCTIMONIALIVM ORDINIS NOSTRI CRAC. CVI S. P. N. IOSEPHVS & S. MARTINVS EP. TITVLARES.

Sequuntur Agnum quocunq; ierit. Apoc. 14.

ODE XII.

ET vos pudicæ virgines, quas Entheus
Parturit Ordo Deo,
Tellusque librat LECHICA;
Non parua vestræ, cura, virginariæ
Matris, & emeritus
ZELVS manetis virgines.
Cœstimatis? illa vos tyrannico
Liberat orbe; sacros
Interquè destinat choros.
Dei Parenti, consecratas, optimâ
Mente litare Deo,
Integritatis assectas:
Sacri pudoris ambidextras Pallades;
Corde calorifico,
Vult esse feruentissimas.
Et quod cohortatus, potens AVRELIVS
Ore, tulitquè stylo,
Seruare mente consciâ.
Vos, ille, diuam, quotquot estis azymæ
Virginitatis olens
Flos, puritatem; commonet.
Formidolosæ, narrat augustissimum
Virginitatis opus,
Id esse nil, iugem nisi
Cognitionem; nulla cum destructio,
Atquè pudoris edax
Præmit rubigo pectora.

Suáquê

Suâquè mole labili carni, suo
Pondere deciduæ,
Non ingruit corruptio.
Nullum grauamen instat aduersarium
Parthenicis opibus,
Menti pudori deditæ.
Vos ergo, si quam læuigante Phidiâ,
Nosse thesim petitis;
Doctæ profanis actibus.
Apes amaris floribus sic, nectaris
Sugere dulce merum,
Succosquè gnaræ melleos.
E nugiuendâ fictione discite,
In meliùs sapere.
Propensiùs discernite.
Testudinem Cypris, procacibus vaga
Tardigradam, pedibus
Premit: puto domesticum
Abominatur dum latere, mobili
Capra fit ecce pede,
Hyæna rictu pessima.
Proin lutosis illa quam plantis terit;
Stet domiporta cliens
In mente vestra tutior.
Testudo tardat! creditis? Sponsus Deus
Zelotypus celer est,
Non vult plateis distrahi;
Nec in tricornes angulos, forinseco
Quærere corde Deum
Vagatione peruîta.
Ad intus ille pectori, sol intimo
Peruigil Esse micat.
Foris vagentur virgines
Quæ destitutæ Charitatis ignibus,
Vasa gerunt vacua.

Insa-

Infatuatæ plurimùm,
Extra requirunt, quem gerunt intra Deum;
Dumquè videre volant
Sponsum; videri gestiunt.
Errore tandem vapulant, stygi quoquè
Capta manent spolia,
Multo peractæ vulnere.
Connubialis talibus profit modus;
Symbolico doceat,
Sacram quietem dogmate:
Antiquitati peruicax Bœotius
Explicuit veteri
Ex more, doctrinam nouam.
Nuperna, Sponsi, nupta limen attigit;
Ignibus appositis,
Currus cremabatur ferax.
Voraginosâ, ferculo victo pyrâ,
Sponsa recens tenuit
Thesim, calore traditam.
Patere non iam claustra gressibus suis,
Peruia nulla dari;
Nouit recessus inuios.
Discit perenni contineri limine,
Iura subire Viri.
Hac lege vos doceminor.
Scitis? voluntas vestra currus est; amor
Quam trahit, aeripedum
Rotâ quaternâ sensuum.
Aurigat intellectus ~~perspicax~~ integer; tener
Vos thorus eximijs
Decoribus fulgens, auet.
Mox, vt voluntatis bonæ currus propè,
Essedа vestra piens,
Claustrale limen attigit.

Eſt innouanda Charitatis ordine,
Protinus innocuo
Rogo cremari poſtulat.
Hic oblitescit; ambulatili globo,
Calle paludifero,
Pudet vagari virginem,
Iter grauare plurimum: nocet via
Damnifico reditu,
Nullo peracta termino.
Prudentiores quotquot eſtis; Thesbiâ
Quas celatæde pudor:
CHARISquè flammâ compluit.
Vos nuptiali depaciſcor carmini,
Pſallite iuge melos,
Tanto petitæ Numini.
Et Manſiones, quas gerit mens intimâ,
(In meditante prece.)
Adite mentali gradu.
Intrate cælum, quo Deus ter Maximus
Præſidet; empyriâ
Aulâ ſuâ ſublimior.
Per Abnegari, ſubminiſtrat creditum
Connubium, ſolido
Honore ſplendidiſſimum.
In vnitatem contrahit cor; vnicum
Viuere conciliat.
Intraſtis illud, vos manet
Promiſſa cordi pauperi merces Deus.
Vos decet hic thalamus,
Tanto pudore candidus.
Amore purpuratus; admirabili
Ecliticus iubare,
Dulci canorus iubilo.
Reſtat, quod vltra competenti munere,

Officij

Officij memores
Vos comparem, vestri, fore,
Suo labori, nostra, quæ vocet Parens
Præmia? quod pretium
Per vos refundi postulet.
Preces requirit; postulatis, horridum
Anticipate malum;
Nefas per orbem reptile.
Preces deorat; Prædicator, vineâ
Quisquis Apostolicâ,
Desudat, his exæstuet.

STVDIORVM DOMVS, LVBLINI
BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ DE
MONTE CARMELO DEDICATA.

Non inuenerunt, nisi Caluariam 4. Reg. 9.

ODE XIII.

HIs mendaciloquæ sub specubus feræ,
Trux panthera, furens tygris; alopecus
Grex mansit; furiosis
CHRISTO morsibus æmulus.
Hæc, pastor laicus; corde caper; graui
Exporrectus aper dente; tyrannicus
Verbo; parte, cubile
Et nidum posuit reum.
Confectus maculâ bubo nefarias
Hic sordes vomuit: scomma luparium;
Doctrinam stygenatam,
Fudit gutture pædido.
Hic versutigerâ Christicolas thesi
Decepit: laicis panibus, improbus
Altor, dogmate fædus;
Pascendo nocuit lupus.

Ipso, falsificus doctor inæstuans
Cocyto: Fidei verba fidelia,
Quæsiuit ingulare:
HOC, sermone loquaculus.
At frustra studuit caluere simplici
Escâ; sidereâ, plena potentiâ
CHRISTI verba diescunt,
Transit calua volubilis.
HOC, noscat; Fidei flectet inhospitum,
Heû deforme caput: consulat; ingeris,
Trinum quid monogramma,
Vno texile vinculo?
Sit quod, trina refert tessera, TRINITAS.
Vnam flexibilis detegit, intimè
Inter - copula - serta,
Naturam tribus vnicam.
Anquiras iterum? prima reciproce
Aspectu, geminum quo ferat edita
Culmen litera, iunctum
Transuersâ propè lineâ?
Vnâ, stare meum signat hypostasi
CHRISTVM: Forma cui dupla coaluit,
Vnum terminat vtram,
VERBVM carne reconditum.
Fulget fine carens CIRCVLVS æuitas;
Cui nec principium. Talis inambulat
Naturam BONITATIS,
Personas Homousias.
Et quidquid Deitas claudit amabili
Implexu. Medio clausula CIRCVLO?
Post à parte, perennem
Ætatem, sine termino,
Carni, quanta manet; clangit. Inaudijt

Hæc

Hæc auris vitians, pectus adulterum
Afferto lutulare
Intentat plagiario.
Enotescit iners, ore volubili,
Ac tantum faculæ, frigore pessimo
Gliscit depopulari;
Hostis noctua lumini.
Id non præstiterat, claret amabili
Cultu Relligio: feruet ab intimo
Ardor corde profusus,
Sacra tractus arundine.
Vecors cessit hyems: crescit amænitas,
Ciuilisquè salus crescit, iantinis
Iam vicina coluris.
Oppressum genus inferi.
Gratas Chrestofluus conflat Ethesias
Auster: prata virent mentis; odorifer
Campus cordis amœni,
Fructus fundit oporinos.
Caluinus perijt: nonne coercitas
Olim fatigero crine ferocu!us
Samson depilis ægrè,
Vires ingemuit suas?
Ruptis (ipse molæ) visibus, additus,
Pressus mole suâ. Per male perditos
Crines, perdidit almi
Septem robora Spiritus.
Ergo dicturiat nemo, caput leue
Concinnis mutilum, posse perennius,
Immotumque subire
Fundamen, Fidei ratæ.
His, pendet sine qua, non reuocabilis
Casus; qui stolidâ mente tenaciter
Hærent; dissimulantquè
Errorem rabiosuli.

Frui ſtare loco depile ſincipur;
Cernis ; non poterat : iam ſtygio cani
Obuenit cibus ; illex
Nuſquam dogma loquacitat.
Os blennum ſiluit, quâ venerabilis
Ordo parte ſtetit ; quà columis Fides ;
Et Fas, atquè TRIBVNAL,
Cæleſti micat ordine.
CARMELI Dominæ, nobile confluit
Auguſtale, ſuo culmine ſideri
Vicinum ; vigil excita
HELIÆ ſoboli domus.
Durus paucíphagis victus egentibus ;
Quem traxit pietas munificâ manu,
Nunquam deſit ; egeſtas
Dum frugalia promouet.

Ibidem

FVNDATIO SANCTIMONIALIVM S. P. N. IOSEPHO, ET S. MATRI THERESSIÆ CONSECRATA.

In ſalicibus, in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra. Pſal. 136.

ODE XIII.

Expetita diſcere,
Et obligata ; nolle vos, tenere
Nolo, liliaceæ
Integritati ſeruient tuendæ ;
Salua quæ palæſtricæ
Videtis acta virginis : figuram
Virginis dat hæc ſacræ.
Tacente labro, fatur illa, læuâ ;
Dexterâ manu monet :
Ipſumquè condocet caput ſerenum ;

Cælicos ferens globos,
Non eſt ſub alta mole prouolutum.
Rete noctis haûd pauet,
Dum luminosâ fronte portat aſtra;
In manu ſalix virens;
Hanc fert virago dexterâ fideli.
Virginarias opes,
Potente ſeruari manu; pudico
Corde, clamat, occuli.
Typus ſalix eſt caſtitatis, ægras
Abdicare flammulas,
Quas laxa Cypris euomit, petitæ
Flore; quem parit ſuo.
Immiſſus vndis hic valet necare
Intimæ facis probrum.
Tamen ſmaragdinus viror teneri
Non poteſt; amor niſi
Pectus, pudore ſignet; ingraueſcat
Planta fæda ne luto.
Concluſus eſtis hortus, elocaſtis
Quotquot arua mentium
CHRISTO: virorem ſeminat ſupernû
Corque diſſolubile,
Aureſquè vanas ille ſepit acri
Sentium ſtylo Deus;
Preſſum quoto ſacrum caput dolebat
Viſibus fel eſt vagis.
VIDERE, mandat carceri ſereno:
Luce capta lumina
Viſumquè ſimplicem cupit morari,
Auolare qui Dei
Lenes ocellos puritate præſtet:
Crine, cor, in vnico
Subiectionis crine deprehendat

Cor; amoris aream.
Ibiquè moris æquiformioris
Immoretur azymæ
Dilectioni, mente feruefactâ.
Fortè dissipatiles
Idem, peregrinos odoris æstus
Libat? arcet hos procul.
Exaltat vnguentum suum, cruore
Diffluum dapatico.
Per prata repat, absit, instituta
Numini; procax odor.
Nouum liquescit balsamum, quod escam
Dat fami peraspera.
Bonæ voluntatis, bonum perenne.
Visibus iubar meis.
Melos reductis auribus, profusus
Aridæ siti latex.
Suo cruore stagnat, eliquatus
Igne conserraneo.
Mero sapore mergit hos; palatum
Sospitale stat quibus.
Vox gaudij, vox est salutis; omni
Sensui suum decus.
Colat bipalmis tactus osculanda
Membra; sparsa sanguine.
Quinis habet patentibus, referta
Ianuis, toreumata.
Extra, requiret nectar insalubre?
Prorsus heminariâ,
Sensusnè distrahi petet voluptâ?
Si perenniotibus
Dulcoribus, torrente pleniore
Manat aureus fluor;
Amnis voluptæ, desuper badissat.

Mente

[illegible]

[illegible]
CHRISTI [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Flore, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Sphæra, [illegible]
[illegible]
Fortior [illegible]
Atlante, [illegible]
Celsior [illegible]
CHRISTOq; [illegible]

[illegible]

Suâquè mole labili carni, suo
Pondere deciduæ,
Non ingruit corruptio.
Nullum grauamen instat aduersarium
Parthenicis opibus,
Menti pudori deditæ.
Vos ergo, si quam læuigante Phidiâ,
Nosse thesim petitis;
Doctæ profanis actibus.
Apes amaris floribus sic, nectaris
Sugere dulce merum,
Succosquè gnaræ melleos.
E nugiuendâ fictione discite,
In meliùs sapere.
Propensiùs discernite.
Testudinem Cypris, procacibus vaga
Tardigradam, pedibus
Premit: puto domesticum
Abominatur dum latere, mobili
Capra fit ecce pede,
Hyæna rictu pessima.
Proin lutosis illa quam plantis terit;
Stet domiporta cliens
In mente vestra tutior.
Testudo tardat! creditis? Sponsus Deus
Zelotypus celer est,
Non vult plateis distrahi;
Nec in tricornes angulos, forinseco
Quærere corde Deum
Vagatione peruita.
Ad intus ille pectori, sol intimo
Peruigil Esse micat.
Foris vagentur virgines
Quæ destitutæ Charitatis ignibus,
Vasa gerunt vacua.

Insa-

Infatuatæ plurimùm,
Extra requirunt, quem gerunt intra Deum:
Dumquè videre volant
Sponsum; videri gestiunt.
Errore tandem vapulant, stygi quoquè
Capta manent spolia,
Multo peractæ vulnere.
Connubialis talibus prosit modus;
Symbolico doceat,
Sacram quietem dogmate:
Antiquitati peruicax Bœotius
Explicuit veteri
Ex more, doctrinam nouam.
Nuperna, Sponsi, nupta limen attigit;
Ignibus appositis,
Currus cremabatur ferax.
Voraginosâ, ferculo victo pyrâ,
Sponsa recens tenuit
Thesim, calore traditam.
Patere non iam claustra gressibus suis,
Peruia nulla dari;
Nouit recessus inuios.
Discit perenni contineri limine,
Iura subire Viri.
Hac lege vos doceminor.
Scitis? voluntas vestra currus est; amor
Quam trahit, aeripedum
Rotâ quaternâ sensuum.
Aurigat intellectus ~~perspicax~~ integer; tener
Vos thorus eximijs
Decoribus fulgens, auet.
Mox, vt voluntatis bonæ currus propè,
Essedа vestra piens,
Claustrale limen attigit.

Eſt innouanda Charitatis ordine,
Protinus innocuo
Rogo cremari poſtulat.
Hic oblitescit; ambulatili globo,
Calle paludifero,
Pudet vagari virginem.
Iter grauare plurimum: nocet via
Damnifico reditu,
Nullo peracta termino.
Prudentiores quotquot eſtis; Thesbiâ
Quas celat æde pudor:
CHARISquè flammâ comprimit.
Vos nuptiali depaciſcor carmini,
Pſallite iuge melos,
Tanto petitæ Numini.
Et Manſiones, quas gerit mens intima,
(In meditante prece)
Adite mentali gradu.
Intrate cælum, quo Deus ter Maximus
Præſidet; empyriâ
Aulâ ſuâ ſublimior.
Per Abnegari, ſubminiſtrat creditum
Connubium, ſolido
Honore ſplendidiſſimum.
In vnitatem contrahit cor; vnicum
Viuere conciliat.
Intraſtis illud, vos manet
Promiſſa cordi pauperi merces Deus.
Vos decet hic thalamus,
Tanto pudore candidus.
Amore purpuratus; admirabili
Encliticus iubare,
Dulci canorus iubilo.
Reſtat, quod vltra competenti munere,

Officij

Officij memores
Vos comparem, vestri, fore,
Suo labori, nostra, quæ vocet Parens
Præmia? quod pretium
Per vos refundi postulet.
Preces requirit; postulatis, horridum
Anticipate malum;
Nefas per orbem reptile.
Preces decorat; Prædicator, vineâ
Quisquis Apostolicâ,
Desudat, his exæstuet.

STVDIORVM DOMVS, LVBLINI BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ DE MONTE CARMELO DEDICATA.

Non inuenerunt, nisi Caluariam 4. Reg. 9.

ODE XIII.

HIs mendaciloquæ sub specubus feræ,
Trux panthera, furens tygris; alopecus
Grex mansit; furiosis
CHRISTO morsibus æmulus.
Hæc, pastor laicus; corde caper; grauis
Exporrectus aper dente; tyrannicus
Verbo; parte, cubile
Et nidum posuit reum.
Confectus maculâ bubo nefarias
Hic sordes vomuit: scomma luparium;
Doctrinam styge natam,
Fudit gutture pædido.
Hic versutigerâ Christicolas thesi
Decepit: laicis panibus, improbus
Altor, dogmate fædus;
Pascendo nocuit lupus.

Ipso, falsificus doctor inæstuans
Cocyto: Fidei verba fidelia,
Quæsiuit ingulare:
HOC, sermone loquaculus.
At frustra studuit caluere simplici
Escâ; sidereâ, plena potentiâ
CHRISTI verba diescunt,
Transit calua volubilis.
HOC, noscat; Fidei flectet inhospitum,
Heu deforme caput: consulat; ingeris
Trinum quid monogramma,
Vno texile vinculo?
Sit quod, trina refert tessera, TRINITAS.
Vnam flexibilis detegit, intimè
Inter - copula - serta,
Naturam tribus vnicam.
Anquiras iterum? prima reciproco
Aspectu, geminum quo ferat edita
Culmen litera, iunctum
Transuersâ propè lineâ?
Vnâ, stare meum signat hypostasi
CHRISTVM: Forma cui dupla coaluit,
Vnum terminat vtram,
VERBVM carne reconditum.
Fulget fine carens CIRCVLVS æuitas;
Cui nec principium. Talis inambulat
Naturam BONITATIS,
Personas Homousias.
Et quidquid Deitas claudit amabili
Implexu. Medio clausula CIRCVLO?
Post à parte, perennem
Ætatem, sine termino,
Carni, quanta manet; clangit. Inaudijt

Hæc

Hæc auris vitians, pectus adulterum
Afferto lutulare
Intentat plagiario.
Inotescit iners, ore volubili.
Ac tantum faculæ, frigore pessimo,
Gliscit depopulari;
Hostis noctua lumini.
Id non præstiterat, claret amabili
Cultu Relligio: feruet ab intimo
Ardor corde profusus,
Sacra tractus arundine.
Vecors cessit hyems: crescit amænitas,
Ciuilisquè salus crescit, iantinis
Iam vicina coluris.
Oppressum genus inferi.
Gratas Chrestofluus conflat Ethesias
Auster: prata virent mentis; odorifer
Campus cordis amœni,
Fructus fundit oporinos.
Caluinus perijt: nonne coercitas
Olim fatigero crine feroculus
Samson depilis ægrè,
Vires ingemuit suas?
Ruptis (ipse molæ) visibus, additus,
Pressus mole suâ. Per male perditos,
Crines, perdidit almi
Septem robora Spiritus.
Ergo dicturiat nemo, caput leue
Concinnis mutilum, posse perennius,
Immotumque subire
Fundamen, Fidei ratæ.
His, pendet sine qua, non reuocabilis
Casus; qui stolidâ mente tenaciter
Hærent; dissimulantquè
Errorem rabiosuli.

Frui stare loco depile sinciput;
Cernis; non poterat: iam stygio cani
Obuenit cibus; illex
Nusquam dogma loquacitat.
Os blennum siluit, quâ venerabilis
Ordo parte stetit; quà columis Fides;
Et Fas, atquè TRIBVNAL,
Cælesti micat ordine.
CARMELI Dominæ, nobile confluit
Augustale, suo culmine sideri
Vicinum; vigil excita
HELIÆ sobolî domus.
Durus pauciphagis victus egentibus;
Quem traxit pietas munifica manu,
Nunquam desit; egestas
Dum frugalia promouet.

Ibidem

FVNDATIO SANCTIMONIALIVM S. P. N. IOSEPHO, ET S. MATRI THERESSIÆ CONSECRATA.

In salicibus, in medio eius, suspendimus organa nostra. Psal. 136.

ODE XIII.

EXpetita discere,
Et obligata; nolle vos, tenere
Nolo, liliaceæ
Integritati seruient tuendæ;
Salua quæ palæstricæ
Videtis acta virginis: figuram
Virginis dat hæc sacræ.
Tacente labro, fatur illa, læuâ;
Dexterâ manu monet:
Ipsumquè condocet caput serenum:

Cæli-

Cælicos ferens globos,
Non eſt ſub alta mole prouolutum.
Rete noctis haũd pauet,
Dum luminosâ fronte portat aſtra;
In manu ſalix virens;
Hanc fert virago dexterâ fideli.
Virginarias opes,
Potente ſeruari manu; pudico
Corde, clamat, occuli.
Typus ſalix eſt caſtitatis, ægras
Abdicare flammulas,
Quas laxa Cypris euomit, perita
Flore; quem parit ſuo.
Immiſſus vndis hic valet necare
Intimæ facis probrum.
Tamen ſmaragdinus viror teneri
Non poteſt; amor niſi
Pectus, pudore ſignet; ingraueſcat
Planta fæda ne luto.
Concluſus eſtis hortus, elocaſtis
Quotquot arua mentium
CHRISTO; virorem ſeminat ſuperno
Corque diſſolubile,
Aureſquè vanas ille ſepit acri
Sentium ſtylo Deus;
Preſſum quoto ſacrum caput dolebat
Viſibus fel eſt vagis.
VIDERE, mandat carceri ſereno;
Luce capta lumina
Viſumquè ſimplicem cupit morari,
Auolare qui Dei
Lenes ocellos puritate præſtet;
Crine, cor, in vnico
Subiectionis crine deprehendat

Cor; amoris aream.
Ibique moris æquiformioris
Immoretur azymæ
Dilectioni, mente feruefactâ.
Forte dissipatiles
Idem, peregrinos odoris æstus
Libat? arcet hos procul.
Exaltat vnguentum suum, cruore
Diffluum dapatico.
Per prata repat, absit, instituta
Numini; procax odor.
Nouum liquescit balsamum, quod escam
Dat fami peraspera.
Bonæ voluntatis, bonum perenne.
Visibus iubar meis.
Melos reductis auribus, profusus
Aridæ siti latex.
Suo cruore stagnat, eliquatus
Igne conserraneo.
Mero sapore mergit hos; palatum
Sospitale stat quibus.
Vox gaudij, vox est salutis; omni
Sensui suum decus.
Colat bipalmis tactus osculanda
Membra; sparsa sanguine.
Quinis habet patentibus, referta
Ianuis, toreumata.
Extra, requiret nectar insalubre?
Prorsus heminariâ,
Sensusne distrahi petet voluptâ?
Si perenrioribus
Dulcoribus, torrente pleniore
Manat aureus fluor;
Amnis voluptæ, desuper badissat.

Mente solitaria
CHRISTI soror sit, nec sat est tacere.
Iam quieta dextera
Perfectionem prendit absolutam,
Otio placet sacro:
Amantis amplexatur astra, Sponsi.
Laeua quid duellica?
Exterminatrix insolentis oti,
Agmen anxium gerat,
Apum sequatur agmen occupatum.
Deditum laboribus,
Amet gregem sororium; pudore
Editum tenerrimo.
Praxi recognitâ deosculetur
Cordis hospitas bonas.
Ruris colonas, nectaris parentes,
State virgines pede;
Manu volantes, ite: nec thymoso
Flore, melleos fauos
Nactae, pudoris ferte lilieta.
Restat altiusculo
Onus decorum vertici: corusca
Sphaera, luce, multiplex:
Illi ferenda: virgo sic decora;
Fortior palaestrico
Atlante, sole pulchrior, coluris
Celsior polaribus,
CHRISTOq; Sponso gratior sodalis.

Altera

Altera Fundatio Monialium,

IMMACVLATISSIMÆ CONCEPTIONI DEIPARÆ VIRGINIS ATTRIBVTA.

NICOLAO DE ZVROVV DANILOVVICZ, SVPREMO REGNI THESAVRARIO.

ZOPHIÆ DE TECZYN DANILOVVICZOVVA, SVPREMÆ REGNI THESAVRARIÆ.

FVNDATRICI.

Præcidit ergo lignum, & misit illuc, natauitq; ferrum.
4. Reg. 6.

ODE XV.

QVam coronari, socio leone,
Asciam spectas acie perennem;
Luna quam juncto celebrat nitore,
Fama decorat:
Non inassuetum chalybem, Gelona
Colla; commissâ penetrare pugnâ:
Non inaudacem volitare strictos
Mille per enses.
Elaboratum pietate ferrum,
Luce digestum; meritisque plenum;
Liuor imbellis nequit obstinato
Rodere dente.
Obstat illustris Comitûm lucerna,
Splendor agnatus domui vetustæ;
Obstat antiqua geniale nomen
Arce coruscum.
Quid Palatinum jubar illud, alta
Mente reflexum? serie perenni
Perseueratum laribus Paternis
Nosco, statuque.

Quid

Quid maritali rutilum tenore
Cynthiæ vultum loquar? illa fuluis
Cornibus telum gerit; administrat
Ore salutem.
Illa confundit Scythicas phalanges;
Thracicas vrget, domitura, turmas:
Hæc, superfuso, Patrio Decori
Sanguine libat.
Vtra, CARMELO socialis, intra
Septa, sacrati, manifesta Montis:
Vtrius vires, HELISEVS, ignis
Entheus arsit.
Dexterâ Regis famulante, iactam
Vibrat, aduersam Syriæ sagittam:
Euocat mersam capiente ligno,
Amne securim.
Hæc repræsentans opus anteactum,
Et Prophetarum cuneum labori
Deditum; sumptus, aciemqué sacram
Vertit in Ædem.
Digna Lydorum, truculenta, Regum
Sceptra, quæ, dantem superet securim.
Dignior fabro celebris: Patronum
Nacta IOSEPHVM.

FVNDATIO POSNANIÆ, TITVLO S. P. N. IOSEPH.

In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes & docentes eum. Isaiæ 27.

DIRÆ
In Caluinum.

ODE XVI.

AVetis ô quot! perditæ cognoscere
Messis, inaniloqua

Cremen-

Crementa, calui perfidi ?
Adulterinum, quale seminat, priùs
Cernite feminium.
Inter sacrum far, subdolum
Sementat ore pessimo zizanium.
Monstrificum caput,
TRINVNITATI denegat
Triangulare Numen ; id nullus licet,
Terminus afficiat.
Vltrà quid ? en pijssimam
Cænam cauillatur, dapes cæli, gulâ
Porcus, & ore canis,
Peior veneno, Cerberus.
Reuersus ad suum nefas, mephitici
Pectoris ad vomitum.
Iniuriosus Numini ;
Conuiua postulatus, improbat dapes ;
Esse metonymicè
Deum, per effectus suos,
In hac sacrata portione, gloctorat.
Asserit id facere,
In carne si Diuinitas,
Ibi, cibalis esca facta, commorans,
Quod faceret : tropico
Sentire, caluit simplices.
Sic ipse caluitur, comans alopece
Dogmate, verba Dei :
Licentiosus in malum.
It ore, simplex contra verùm, duplici ;
Carpere falsidico,
Theses supernas impetit.
Indignus alma cœna quem discumbere
Donet honorificæ
Mensæ, bisetum ; corpore
Et mente, porcum cæna per lucarium.

Exiti-

Exitiale iugum,
Caluus comatus emerat.
Iugum quorum vult? quina ſenſuum fera
Accelerat paria,
Nefas in omne congruus.
Aufert probroſis arbitratum cordibus,
Mentibus adſipiant
Vt ſic licentioſiùs
Vt efferatis, conſcientiæ ruant
Liberius foribus.
Prædeſtinatos cenſuit,
Si quid polaris Architectus aggerit,
Imprimit, & cumalat:
Illos pati; nil addere
Actiuitatis inuicem quidquam ſuæ;
Sit licet illa Dei
Præoccupantis, & ſimul
Mouentis: heû quo dogma ſerpat improbũ
Quo theſis inſipiens,
Viruſquè profluum ſtyge.
Perenne VELLE, fortiùs quo nil, ſtudet
Tollere; quo melius
Nil eſt, originem mali
Calumniatur: & quod actiuiſſimâ
Præſtat vbiquè manu,
Vbiquè ſtare torpidâ.
Falſarius Potentiæ Dei, ligat
Poſſe, quod implicitas
Intus gereus res & ſtatus;
Emandat, adſit & rei ſubſtantia,
Et ſuus ille modus,
Quem cauſa quæuis poſtulat.
Diſponit hiſce, liberè, ſit libera;
Si manet indocili
Neceſſitati debita,

Hæc

Hæc per necesse protinus fiat ratum.
Attamen arbitrio
Habet ne, peruicax, opus;
Tuum caput? merens opus quod sustulit.
Personat horribili
Auso, mereri præmia
Non posse; nil valere, clarat optimæ
Quæ sacra mens merita,
Vel quæ voluntas parturit.
Fremit, propheta sum: Cauini filius,
Pseudopropheta, mali
Parentis ouum pessimum.
Sibi, fatetur calua proles, improbi
Ingenium genij
Agglutinari; quàm bene
Locutus est semel, paredro proditus
Dæmone; bis genitus
Bachus, bis ille perditus.
Abominanda, nocte vespertilio
Cornua tollit iners;
Viraginem DEVMPARAM
Meris, bouinatur, venenis ebrius;
Noctua cæca diem,
Solem dies redarguit.
Tumultuoso stellionatu grauis,
Criminibus varius,
Sacro quid admirabili
Rubo propinquas calceatus? sensuum
Abijce calue cutim,
Fædique. callum pectoris.
Frustra quid allatras, olens, lunam, canis?
Cynthia nostra, Deo
Coruscat integerrima.
A sole plena Mater; en crystallinum
Hic penetrans radio,

Viragi-

Viraginis corpusculum:
Illuc receptus intimo spiramine,
Tractus amore, Fide,
Crystalla Sol non alterat.
Integritate, cincta, simplicissimâ,
Non cadit integritas;
Nec luce perditur dies.
Exit sepulchro, consepulto milite
Excitus; organicis
Non tentus artubus suis.
Extensio localis nulla corpori,
Dum stat Apostolico
Repagulo præsens Deus.
Idem sacrato commoratus viscere,
Clausa per, è thalamo
Exire claustra præstitit.
Opus lutat niuale, candidâ Fide
Certificum; Ratio
Cui seruit omni lumine.
Caput, proteruo Luciani dogmate
Obstrepit ambiguum.
Quid ni coaxet æmulo
Pruriginosus ore sus? indifferens
Non manet ille bono:
Nescit bonum, liber malo.
Malum Cauini mens tenaciter trahens,
Omne per vsta nefas;
Demens, videte quo ruat?
Quarum probæ, non congruit vitæ, sacras
Conscelerat species,
Imagines igni premit.
Qui purget (ignem) cordis atri scoriam,
Qui maculas malacæ
Mentis; negat talem dari.
Credo lauari non necesse perdito.

Nos tamen Aethiopem
Stylo lauamus candido.
Non ſtat lauari, qui piacularibus
Non eget, improbus eſt
Aut ſanctus; heus tu quid, refer?
Quæ vita creuerit tibi, ſapis modò
Diſcipulus barathri,
Stulti ſaporis hoſtia.
Ligatus vmbris, ipſe teſtimonium
Reddere, vita tibi
Horrenda quàm, neſcis, erat.
Teſtata vitam, crimini domeſticam,
Mors mala, peſſima mors,
Et ipſe teſtis es miſer.
Conſumptus atrâ vermium teredine,
Vermicularis inops;
Herodis ipes te cremat,
Iecur catillant Maximini vermina;
Permeat Antiochi
Te lytta conſcientiæ,
Tryps, cor laceſſit, coſſus, ices, vſia;
Curculioquè furens
Vorant cor auctis morſibus.
Mortem nefandam, vita monſtrat peſſima;
Impietaſquè tua,
Hypocriſis fallax, neces.
Quod balitabas, perditus blaſphemiā,
Morte dolorifica
Præuentus; exprimit malum?
Furtum, rapinæ, ſcorta, beſtialitas,
Tergora ſtigmatica
Tenebrionem prædicant.
Simoniacus prædo ſanctimoniæ,
Sanctulus ecce furit,
Procacior licentiā.

Autho-

Auctoritatem, quam tulit VICARIO
CHRISTVS; abhorret, hebes
Subiectionem discere.
Impunitatem criminum docet; scelus
Par facit in reprobis:
Directa cæco curuitas.
Erraticorum dogma suscitat vetus;
Tradita sana Patrum
Sannâ trahit Sardoniâ.
Miraculorum turpis impostor, mori
Fingit honoripeta,
Vitâ Brulæum cedere.
Resuscitaturus rapax ouem lupus
Imperat ore nequam,
Consurge; fictè mortuo.
Quotquot sequeminor sui vocem lupi;
Discite quàm grauis est;
In voce, pestem discite.
Brulæus enecatur ore perfido.
Corruit imperio,
Hoc fictioni præmium.
Nulli bonus: quid hic? nequam sibi quoq;
En moriturus opem
Implorat orco, reprobus
Blasphemus, execratus à super tegi;
Corde melancolico
Partam salutauit stygem.
Hæc sunt Cauini depilanda semina,
Quæ caput ebriolum
Impuritate conserit.
Ast nulla messis; fructus execrabilis:
Palladi leno sacræ
Hem calcitrandus cesserat.
Conuexa, messem, calua quam frugem daret
Si cerebrum sterili

Concedit aritudini?
Audis inuri lilium, cinædula
Dorsa per; igniuomi
Caci, caprique marcidi.
Omen ferendæ Castitatis, quam male
Læserat irreuerens.
Amabo? caluum denegat
Qui posse velli? cernat, aduersarij
Aret vbi lolium;
Ibi vigescit lilium.

IGNATIO DVBOVVICZ VIRO CONSVLARI CONVENTVS VILNENSIS FVNDATORI.

Si communicabit lupus agno aliquando; sic peccator iusto. Eccl 13.

ODE XVIII.

COmpleuit orbem Lechicum Pastranico
THEERSSA Mater lumine.
Vrbem coronâ septicolli frondeam,
Decus perenne Lietalum,
Adit Ducali Regiâ spectabilem
Thronum Ducatus maximi.
Compendiosus VILNA grande cui suo
Fluore nomen dedicat.
GEDIMNVS illam fertur admirabili,
Iecisse motus, somnio.
Feras, cruentis hic premens venabulis,
Tanto labore corruit
Quiete raptus, mollis intra dormiens
Smaragdinum vallis nemus.
Vidit metallo ferreo natum, cauis
Lupum ciere faucibus.
Et quod stupescas; ventre centum conditos,
Lupum, lupos deducere,

Quid

Quid hi? recensiti sonare centuplo
Voces adoxas gutture.
Duci petenti, dicta, quid sibi velit
Sopore mersi visio?
Responsa, dicto sciscitanti talia
Sui tulérunt augures.
Quæ commalassat ferreum guttur fera,
Tenore vocis indicat
Collectionis affuturæ Mœnia
Vicina pando VILIÆ.
Vocesquè centum, quas lupi centum boant,
Cubile centum gentium:
Signant oriri nationis plurimæ
Hic omne conceptaculum.
Prorsus, propinquum Balthici littus maris
Erroneæ ferruginis
Aduexit, auctas virulento perfidi
Voces Lutheri dogmate.
Venena Caluini; Buceri scommata;
Theses nefandas Arrij.
Istinc Apella perditus, thalassico
Vectus phasello, putruit.
Hos, ante simplex terra, nunquã protulit,
Brutos ab extra pertulit.
Quamcunquè pestem cernis hîc, est sarcina
Incursionis exteræ.
Afflauit aura lucriones hos, graui
Stalagmiâ, cumatilis.
Solos Gelones, VACA quos nutrit, scio
Vrbi trophæa nectere.
Vitoldianæ dexteræ typus manent;
Ducisquè Martem prædicant:
Summæ Parentis gloriam, colonijs,
Tacente labro concinunt.

Hac prosperante, Littauo victi Scythæ,
Præoccupati robore.
Et iam fugata monstra parte plurima;
Caluinus illex corruit.
CHRISTI SODALES, cæteriquè milites
Vnâ recepti tesserâ.
Greges ferarum, PRÆDICATORVM cremat
Catellus ore feruido:
Ardens, easdem fune mystico ligat
FRANCISCVS ille CHRISTIFER
Profusâ BERNARDINVS orco dogmata
Anguesquè lignipes premit.
CARMELVS hydram, pullulante vortice,
Adurit ense Thesbio!
THERESSA, contra schisma dissolubile,
Sacrum recepit prælium
Ibi fatigans Marcoephesinas oues
Raptoris, haûd Episcopi,
Protensione Charitatis perdidit,
Dissensione proditos.
Tremunt inermem Palladis nouæ manum,
Sacramquè Suadæ lanceam.
Et ne per omnem delitescat angulum
Diuulsio versatilis;
THERESSIANO Numini, Pacis domus
Virtute PACORVM stetit.
Almæ Senator Vrbis, execrabile
Dissipium contra, grauis;
IGNATIVS, fulmen vigore cælico,
Amore feruentissimus:
Fecit profatæ, largus, aduersantia
Discordiæ fundamina.
Partesquè, prolis inter ordinariæ,
Partem dat Ordini sacro.

Here-

Hereditate dignus esto cælicâ,
Heredibus tantis potens.
Suoquè celsior Pater statu; Dei
Sit, & vocetur filius.
Diuortium porrò petulcum scommate,
Talpam vocabat accolas.
Liuoris atrum schisma si manet specum,
Fit talpa subterraneus.
Illi decora Caritas deest, cui
Splendore visus cernuat.
Quibus corusca caritas adest, erunt
Lynces beatis visibus.

STEPHANO PAC M. D. L. PROCANCELLARIO ECCLESIÆ S. M. N. THERESSIÆ, ET ALTERIVS MONIALIVM; VILNENSI FVNDATORI.

Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite dominum in operibus suis. Eccli 39.

ODE XVIII.

QVa te beatum voce coæstimem,
Longæua gentis gloria Littalæ,
Connexa nostræ meta laudis;
Gozdauij iubaris corona.
Licentiatum te Sapientiæ
IANVM saluto: fronte quadrangulâ
Contra panurga, curiali
Consilio valuisse tela.
NVMÆ politi nomine comprobo
Hunc digniorem, Lilia Maximo
Quem Numini cerno litare,
Flore suo celebrasse Sponsum.
Communicatam Pompilij manum,

Men-

Mentemquè vincis, magne Quiritium
Splendor; Sabinâ quos ab Vrbe
His PALEMON cumulauit oris.
Corroboratus Numa; solutili
Determinauit Pegmata TERMINO;
Fines vagentur, donec ille
Perdomito potiatur orbe.
Et quà diurnat Pax moderabili
In orbe; sacris Lauricomus FIDEM
Placauit aris, stet Gradiuæ,
Inquit, honor; columenquè Gentis.
Hæc ille falsis munificus Dijs,
Proboquè largus: rectiùs azyma
Temens, opumquè liberalis
Dextra, Deo placuisse clangit.
Sacratiori flexibilis FIDE,
THERESSIANO commodus Ordini
Propheticum, patrocinante
Cordè foues, adamasquè germen
Vicinus astris, tecta binomiâ
Fastigiato culmine promouet:
Veroquè FINI, sumptuosa
Templa Deo geminata condit.
Caliginoso fulgida lumine,
Profusa cælis, claret eburneo
Intaminata lilieto
Viua Fides, faculasquè vibrat.
Dilectionis lampade feruida,
Scopum quietæ mentis, amabili
Petiuit auso; iamquè gaudet
Ipsa suam tenuisse Metam.
Quodcunquè terris cor venerabiles
Exoptat æstum qualis inaugurat
Cælos, Domumquè Pacianam
Sit Fidei scopus æquiformis.

Vides

Vides profuso ſtemma neceſſitat
Odore cælos; congruit ætheri
Candore primum; flore terras
Chreſtoſmo recreat ſecundum.
Aurum coronat grana triangula,
Aurum fideli, lucida TRINITAS:
Odor, virorquè caritatî
Iuncta; typum pietatis ornant.
Odor propinquis; aurea Caritas
Deo; virorem quiſquè dehauriat:
Sibi vireſcat; hæc ſit almæ
Iuſtitiæ nota Cardinalis.
Cibos dicatis virginibus dare,
Sibiquè ſertum; digna niuarium
Nectar coagmentare CHRISTO,
Rore ſuo releuare cælos.
Olim Quirino Spes Dea prætulit
Manu potenti candida lilia:
Anguſtiatos Marte denſo,
His monuit, meliora ſperent.
Vides, egenti, lilia, pabulum
Dedêre CHRISTO, ſpes meritoria
Fulget; propinabit viciſſim
Floribus hic, bonitatis imbrem.

CASIMIRO LEONI SAPIEHA M.D.L.
PROCANCELLARIO.
Conuentus Vilnenſis Benefactori ſpeciali.

Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam.
4. Reg. 13.

ODE XIX.

ILluſtres iterum cano
Flores, trina colo candida lilia,

Laudo

Laudo iustitiæ typum,
Regalem redimo carmine tesseram.
Præstans gloria virginum,
CARMELIq; decus, nectare cælico
Exoptabile poculum.
Flos agno redolens, esca tenerrima.
Inter lilia pascitur
Sponsus, mollicula candidior niue,
Toto sidere pulchrior.
Successit niueis, missile, floribus;
Antiquatio profuit.
Quid non præstet amãs vnio Caritas?
Assumpsit SVNIGALIVS,
Martis pro tenero, stemmata, lilio;
Binas è iaculo Cruces
Affixit: Pietas arma mouet sua;
His cælos ferit aureos,
Sic armata Themis, prouolat æthere,
Insons vim patitur Polus.
MZVRARVM Crucibus Mars venerabilis,
Iustâ, bella mouet manu.
In pugna columis pyrphorus emicat,
Telum sulphure feruidum
Euibrat medijs fortis in hostibus.
Prælucent monitæ faces.
Accendunt faciles Martis adoreas,
Feruent impete bellico.
Iacuingos geminis presserat ensibus,
Confractus geminus Chalybs.
BZVRÆ sub fluuio, laurea militi,
Immortale iubar, Cruces,
Et candela decens addita, spiculum.
Hæc sunt arma nouissima.
His pugnauit amor vicit amabilis

Hoc

Hoc ſigno Deus inferos.
Hoc, victor, ſuperâ voce potentior
CONSTANTINVS inaudijt.
Reſplendeſcit idem climate Littauo.
SAPIEHANA Domus, Ducum,
Innatoq́ue ſibi fulgida lumine
Conſumata decoribus,
Sedes indomitis facta Leonibus.
Primus terruit improba
Orco terribilī profluа dogmata.
Diuorum memorabilis
Cultor; templa Deo dena ter excitat,
Alter Nuntius, horridis
Moſchorum laribus pacta recenſuit,
Præſcripſit fideī modum.
Idem perdomitæ monſtra Seueriæ,
Hydram gutture centuplo
Inſtantem Patriæ, robore martio
Depreſſit validus Leo;
Noſtris, altera Spes ipſe, Penatibus.

FVNDATIO GLEBOCENSIS.

IN GLORIAM ASSVMPTÆ VIRGINI MATRI MARIÆ DEIPARÆ
CONSECRATA.

Valles abundabunt frumento; clamabunt, etenim hymnū dicent. Pſal. 64.
Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Cant. 2.

ODE XX.

NOn coarctaris bona Mater amplo
Littaui tractu Palemonis, inde
Roſſiæ cano petis albicantes
Frigore campos.

Fulgi-

Fulgido, septem-gelidi-Triones
Igneas cordi faculas ministrant.
Moscuam flagrat, superoquè feruet:
Mater amore.

Bruma grandæuis niuibus coorta,
Albor algoris fluit æstuoso
Turturis nostræ tepefactus ore,
Voce peremptus.

Exinanitos hiemis rigores,
Et gelu vasto, glaciemquè campos,
Examurcatâ Rubom & Borysten
Fleuerat vndâ.

Auster inuectus notio colore,
Semipaganâ spoliauit Vrsam
Pelle frigentem; varioquè sparsit;
Prata calore.

Surgit in primo, sociale tegmen.
VALLIS informi vacuo PROFVNDA,
Surgit in montem, cumuloquè celsum
Æquat Olympum.

Format iniecta pietate collem,
Dextra sinceris opibus coruscat,
Has Palatinus iacit erogato:
Corde profusus.

Crescit arrectum columen; HLVBOKA
Terra, compressis leuat id lacertis:
His, inaspecti superantur, altæ
Vallis hiatus.

Crescit, haud mirum! sabuleta tractus
Cerne CARMELVS glomerat, profundum
Vincit abscessum, reparatquè pressam
Culmine vallem.

Illa quid? frui repetita monti.
Aureum Tmoli superat metallum;

Carpæ-

Carpathi vultum, Rhodopenquè claro
Præit honore
Confragum Tauri, vehemensquè cornu
Frangit, armatâ probitate, fulta
Mente feruenti, meritisque celsum
Vincit olympum.

IOSEPHO KORSAK, PALATINO MSCI-SLAVIENSI, GLEBOCENSI, FVNDATORI.

Et misit ei Fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis Regum. 1. Mach. 10.

ODE XXI.


FAstigiatum Rossiæ canæ iubar,
Conscripte virtuti Pater:
Perennis Irenarcha, si quod abditum
Hac parte schisma bullijt.
Sacro calore fulmen implacabile
Baccheio recessui.
Salue, deosculatus innocentiæ
Integritati deditus.
Illis, recepti qui manent Ecclesiæ
Per vnionis vinculum;
Lucerna feruens, commodum, Protectio,
Iuuamen, arbiter, manus
Ter sacrosanctum prodijsse Spiritum
Ab vtriusquè pectore,
Confessus ore, corde credidit, manu
Defendit integerrimâ
Vtriquè communem facem, cor vnicum
Nato, Patriquè detulit.
An id cor addecet loqui; quod nuncupo
Rectè voluntatem Dei,
Districtione correlatiuâ sacrum
Nati Patrisquè terminum.

Spirationem, qua parem sibi Deum
Halant vtor, sic vnicus.
Identitatis maximæ, nexum trium;
Solo REFERRI dissonum.
Et absquè dissonante solitudine,
Solum ratâ substantiâ.
At heu! coercet impetu, tractam, bono,
Mentem reassumptum thema.
KORSACIVM lumen, domus clarissimæ,
Fatis obit nouissimis!
Multisquè subsequentibus suspirijs,
Astris Toparcha dignior,
Terras inertes despicit, vitâ suâ
Occumbit integerrimus.
Bonisne, collabascit immortalitas
Promissa merces actibus?
Simulne splendor, & frequens virtus, cauâ
Sepulta, corruunt, specu?
Fluente, nunquit, (lege temporariâ)
Arbor, fatiscit, cortice?
Baccis amoris; prægrauata fructibus,
Oliua pinguior cadit.
Cortex hiascat, quid medulla? germinat
Nullo premenda tempore.
Student fugaci. qui nitori, diffluant
Intus, vel exterâ cute.
Phœbi sequaces auolantis occidant;
Huant cadiuis additi:
Cælum, supernis obtinet fauentibus
Alumnus ardens ætheris.
In posthumorum, quos perennes, actuum
Videt; vigore permanet.
Phænix hic alter, more vel bombicino,
In nidulo denascitur.

Halam-

Halante, cordis floribus pyrâ, cinis
In morte viuacissimus.
Nido beatiore, Gratiæ Dei
Occlusus, hic libertimus,
Locant beandi quem super pullos suos,
Dilectionis alites,
Fætus volantes caritate; cælico
Deum sequentes lumine.
Hoc hoc potitus, immemor sui mansit
Totus Deo cohæserat.
Spe tractus, antecelluit spe plurimos;
Fide, columis firmior.
Pomus cadens fructu, beata pondere,
Casu suo beatior.
Plenâ resurget gloriâ, plenissime
Resuscitanda viuere.
Palmam reuincit iustus, indeletili
Beatitatis gramine.
En qui virore nobilis Prosapiæ
Multùm recusauit tegi,
Pleno fluentis amne cornucopiæ
Hereditarias opes,
Imagines caliginosas duxerat
Gazasquè, flocci, fertiles,
Laboriosos ille, sanctitudine,
Dignè colorauit gradus,
Virtute, quamquè dignitatis orbitam;
Bonis, honores moribus.
Exinde summæ particeps scientiæ,
A spiritu pauperrimus.
Probos in vsus credidit quidquid Polus,
Sacros in vsus contulit.
Fidelitatem comprobo cûi nil deest,
Hæc vt sibi probè deest.

Fidelitati maior ardet Charitas,
Lux charitati clarior.
Luci coruscat altior cæli status,
Mensura constans Gloriæ.
Qua Charitate (disce) ferueret, pudor
Amoris ignes edocet.
Præter Deum, Deique Matrem, nil sibi
Adiudicat propinquius.
Vis, quam sodalem? sacrosancti Spiritus
Sponsam, legit viraginem.
Illam pudico conferens in pectore,
En puritate pullulat.
Illi cohæsit, cælibi vitâ sacer
Spreto morabatur thoro.
Iurat MARIÆ cor pudori deditum,
Tantâ beatus Arbitra.
Miraris Heredem bonorum virginem!
Debentur hæc Sponsæ suæ.
Dicauit illi cor suum, quid ni bona
Caduca derelinqueret.
Ratus puellæ nomen enarrabile
Non posse filijs mori.
Imaginem Parentis vltra viuere
In prole virginariâ.
Nihilquè perdi, dum caducis soluitur
Æternitatis circulus.



F. ELI-

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

LYRICORVM LIBER TERTIVS.

ALBERTO WESSEL VEXILLIFERO CVRIÆ, VARSAVIENSI FVNDATORI.

Inimi os nostros ventilabimus cornu. Psal. 43.

ODE I.

COrnua lætitiæ signum tibi magne VESLIORVM
Dynastæ, cesserant; nitoris ansa
HIBERSTEINVS honoris amans Comes; illa, martiali
Ciere voce doctus, indipiscit
Exarmansque feram, ROGALA Potentior, perennem
Præoccupauit bubali coronam
Exornansque Domum; virtutis, idoneam, paternæ,
Metam refigit posthumis, perennem.
Integriùs ceruo nihil est, nil bubalo friauti.
Stat firmius LASCARII figurant
Hæc duo, robur vtrum; pietate perambulante pectus,
Malo grauatis, compati hic peritus.
Doctus & in medios ignes volitare, corde pleno
Caloris; hunc Mars comparat seuerus.
Attamen albor inest, nitido stetit innocentiarum
Campo; sequester bubalus quiescit.
Ramis quinque rubet ceruinum; Passione motum
CHRISTI, ferociam pudet malorum.
Ante fores olim Regum: nunc ante dedicatum
Palatium Deo, statuminatur.

ZARNOVIEC quondam granum terrestre; nunc polare
Manante cornucopiâ dapinat.
Inter bina, Medo, stac cornua; claua bellicosa
Alcidis; his CARMELVS acquiescit.
Culmine mons bino pacem gerit; vna Gloriosæ
Vrbis figura; Bellicæ secunda.
Vbaldinus ouat signo Crucis, inter, exaratæ
Cornu bis ortum; stella delitescit.
Aurifabrinis: tibi stat nota quæ putas? dicatur
Regalis Hercules tuo decori.
Stemma gerit miles; dextrâ, diadema; fert oliuæ
Ramum sinistrâ, tesseram salutis.
AVGVSTVS, meritis motus, Rex inclytus; corollam
Recensuit vobis peculiarem.
Aduocat hoc gestamen honor; sic digna singulari
Merces potentiæ renunciatur.
Ipsa sibi merces olei stans copiâ vsualis,
Vtris profusa cornibus: PROPHETIS,
Et miseris, quos dira fames lacerauerat, perennis
Stat vnctio; profusione congregabilis.

ADAMO ALEXANDRO SANGVSZKO
COSSIRIÆ PRINCIPI,
PALATINO VOLINIÆ.
EXIMIO CONVENTVS VARSAVIEN: BENEFACTORI.

Et saturabimini super mensam meam de Equo, & Equite forti, & de Vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. Ezech. 39.

ODE II.

VNde tripartitæ surget tibi laudis Origo?
Quidue canam, titulosue Ducales?
An prius, excelsæ refero pietatis amorem?
Solertis celebrabo Mineruæ

Dona

Dona tuæ? medio placet ire sub astra.
Est virtus medium deamata.
Stat medio pietas; contermina, feruet Olympo.
Hinc tua me virtus animauit.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, nobilitasque paterna?
Propria quando deest, alienâ graculus illex
Pennatus rutilescit in ala.
Fælix qui nitidis animum natalibus æquas,
Illato similatus Honori.
Hic Sanguis GEDIMINIACVS, candorque LVBARTHI,
Nomine qui FEDORIVS aucto
Dictus erat, Fidei sacro velamine tectus,
Relligione beatior almâ.
Marte ferox, animoque celer, probitate secundus
Nulli, primus in ordine dicto.
Conditor ille Lubarthoui, tenuisse potentis
VOLINIÆ narratur habenas.
SEVERIAMque, Duci faustos paruisse per annos;
Alma stetit LVCEORIA Proli.
COSSER nunc, celebrisque KOVVEL famulantur; amœno
Campo, diuitijsque superbæ.
Ipsa sed adnato mens est opulentior auro,
Clarat ALEXANDRVM pietate.
Hoc decet æternæ nomen committere famæ,
Et cantu resonare sereno.
Id mihi Mecœnas, hilari cantabitur ore;
SARMATICÆ gentis decus amplum.
CARMELI Promotor, eâ dignissime vitâ,
Quam traxit Matusal animæquus.
Mille modis acies tua profuit; illa POLONIS
Argos erat: quid eques clypeatus?
Defensor Patriæ, nudato pectore; sola
Brachia consignat Cruce CHRISTI.

Hac

Hac docet assumptos pro CHRISTO quosque labores
Sufferri virtute supernâ.
Robore sic fructus, industria quos parit, atque
GAZA Ducum bonitate profusa,
Communes voluit claustralibus: obstet egestas;
Ne grauet, hanc miles domat ense.

MATHIÆ LVBIENSKI GNESNENSI ARCHIEPISCOPO
LEGATO NATO, PRIMATI, PRIMOQ; REGNI PRINCIPI.
Conuentus Varsauiensis Promotori & Benefactori.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. Psal. 7.

ODE III.

Carmine supputato
Te LVBINI concelebro, connumeratus esto
Pastor Episcopalis
Inter hos, quotquot Pietas culmine fixit alto.
Et gladius perenne
Nominis vestri decus, concordat adauctus ensi;
Cerne, Propheta quanto
Scindit hydræ congeminatum caput, igne claudit.
Est similis valore;
Pugnat aduersum feritatem, iuuat innocentes.
THESBIVS ille Rector,
Flammeus miles superorum, balatronis olim
Guttura fœda Baal
Enecat ferro gracili; Vertice nutat vrus.
Hic etiam, colorat
Secta vaginam fera; quisquis ferus es, timeto.

SAMV-

SAMVELI RYLSKI SVPREMO REGNI SVCCAMERARIO.
IOANNI GRZYBOVVSKI PRÆFECTO VARSAVIENSI.
HIERONYMO ZYREK S.R.M. AVLICO.
GASPARO PONIETOVVSKI S.R.M. AVLICO.

Loci supradicti Benefactoribus laudatissimis.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Hebr. 3.

ODE IV.

RYLSCIVS Ense clarus,
Bina quem lunæ parilis cornua comprehendunt,
Emicat ambidexter;
Regibus gratus, recitari quoque dignus inter
Munificos Dynastas.
Quisquis Ostoiam peragrantem chalybis nitore
Hostica corda cernis?
Scito certum verberis ictum fore, dextra casso
Vulnere non aberrat;
Bina prælucet rata Phœbe gladio necanti.
Quid STEPHANI Propago?
Duplici præstat Cruce, stat falcibus ipsa CHRISTI
Regia, Crux decora.
Marte Maslaum superans; virgine Principali
Coniuge gaudet, atque
Stemma falcatum recipit, sub Crucibus reuinctum.
Aurea restis extat,
Patris & Natæ meritum; concidit hæc amori
Ille neci receptus;
Fractus omni robore, GRZYBOVIA clangit acta.
Te simul vniforme
Carmen hoc, HIERONYME depostulat æuiternas
Inter

Inter inaugurari
Ciuium turmas; modò dum tempus amœnat esse,
Lætitiâ probatâ
Alterari, pectore claro numerare tempus.
GASPARVS, heu quiescit!
Liberalis Melpomene, debuit explicare
Illius acta primò.
Hic tamen claudens: requiem clarificam precatur.
Horrea magnipendo,
Quæ Polos, tantùm decorauêre ferace grano.

GEORGIO OSSOLINSKI à TECZYN COMITI SVPREMO REGNI POLONIÆ CANCELLARIO, VARSAVIENSI MONIALIVM FVNDATORI.

Gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea. Isaiæ 10.

ODE V.

ADeste rectâ mente reconditam
Examinantes Axinomantiam
Dextrâ leonis martiali,
Ascia quid characata signet?
Feruore crescens igne perennior
Manet; superstat non penetrabile
Acumen illi, splendor audax
Fronsquè tenax, aciesquè præstans.
Illamne, quam trux Pentesileius
Inuenit ardor, gessit Amazonum
Agmen: probauit Dædalei
Quam genij leuisomna vita?
An Lydiano quæ diademati
Adiuncta; sceptrum vexerat Omphalo;
Alcidis, hoste deprehensâ
Hippolitâ, spolium virile?
Sed hæc auitos disce coercita

Intra

Intra Penates, cessit inutili
Candaule victo, Gigianis
Nominibus cooperta, cessit.
Narrat securispraelia Carica;
Geratquè victam qui meliùs Labrin,
Ioui sacratur, Labridaeus
Inde Iouis rutilante ferro.
Tremendus ortâ nocte Diespiter,
Falsò timetur dum furit asciâ:
Securiger pro fulgurali
Fulmine, stat rigidus bipenni.
Putamus illam fortè; Borysthenis
Quam Targitaus fictitius nepos,
Iouisquè proles; auspicatae
Sarmatiae cecidisse credit;
Illâquè pubem dicitur aemulam
Dilucidari, quis moderabili
Regno sit aptus? de tribusquè,
Sauromatas venerandus inter?
Hanc aestimarem, splenduit aureo
Haec ore; caelis iacta; Colaxain
Hac fulsit inter destitutos
Ingenio meliore fratres.
Primi cadentem caelitus asciam,
Hinc & calentem, tollere gestiunt:
Captant honores ambiente
Corde, minor superauit vtros.
Gerenda dantur sceptra, reflexio
Deliberatae plena modestiae
Quibus diescit his: minoris
Temporis est? erit ille mente
Morâquè maior. Praecipiti manu
Quod apprehendis, prorsus inaestuat:
Fulget, calore dissipato;
Regna parat, prohibetquè lapsum.

Quid?

Quid? hanc facetam, quæ sit aquaticæ
Proiecta Nymphæ censeo deniá
Huc pertinere falsitate?
Vera manent iteranda veris.
Sic ergo tactâ claudo coronide;
Nec sit quod vltra quæstio fusior
Diuinet inter multiformes
Hic chalybes, aciesqué vanas.
Diuersa ferrum prælia nuncupat,
Leo figurat præmia Cæsarum:
Securis exhinc gloriatur
Duplicibus redimita sertis.
Olim Quirini collibus obuia,
Discriminali fasce recanduit;
Crimen fugabat: virginali
Fasciculo superabit orcum.

V. VARSAVIENSI CONVENTVI, SVBLIMIBVS,
ASSVMPTÆ VIRGINIS DEIPARÆ, EIVSQ; GLORIOSI SPONSI D. IOSEPHI TITVLIS, DECORATO.

Quem docebit Scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Isaiæ 28.

O D E VI.

SCientiam nimis profundam, quâ Deus
Absconditus finis latet:
Ibiquè nostrum feruet vltimum bonum;
Docet Magister, quos, Deus?
VERBVM, paternæ mentis inscrutabile,
Patriquè collactaneum
Homo Deusquè CHRISTVS inter incolas,
In carne factus incola.
A lacte (luce clarat) exteros: sacram
Superuehit dictis thesim,

Fame-

Famelicosa, fraude, sensualitas
Vber dolosum promouet..
Orbis propinat, virus illecebrosos
Fert execrandum poculo.
Caro dapinat cor, mephiticâ lue
Carnem voluptas enecat
Orcus gulâ cupedias adaggerit,
Voluptuosus in malum.
Inter charybdes atqué scyllas nauigat
Mens nostra defectibilis.
Importuosa, mille, pro periculis
Mouent procellas, æquora.
Immotus vnda fluctuante stat Deus
Felicitatis littore.
Crux portus, hûc omnes trahit, quosquos notat
Perennitatis accolas.
Vber sapore centuplo manans, ibi
Præbet liquatum balsamo.
Amore ferues vt; pudoris intimi
Halat rosas, & lilia.
Hac vos locati parte, quâ pleno celer
Dorso liquescit Vandalus.
Vbi perenne VVARS tenet nomen, biceps
Inuerte gramma, MARS erit.
Stat Lechianæ Præses oræ, splendida
In vrbe consul Regius.
MASOVIANÆ gentis arbiter, fide
Integriore nobilis.
Adhuc recens zelus calet LESZCZYNII
Pastoris integerrimi.
Omniscius zelus, feros qui perfidæ
Thesis lupos abhorruit
Hac vos in vrbe collocati, diuites
Inter Quiritium domos.

Vitam professi pauperem circumfluo
A lacte separabiles.
Intra fluentes Tantali cibos, siti
Fameq; pasti plurimâ.
Mentes egestas corpulentioribus
Vestras colorat vulcibus.
Interquè sacra luctuum malagmata
Complet cor amplo gaudio.

LEOPOLIENSIS FVNDATIO TITVLO S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi LEO confidens, absq; terrore erit.

ODE VII.

CAcuminosâ te LEOBVRGIVM
Cinctum coronâ, concino Lechici
Scutum lacerti, grande terræ
Rossiacæ columen, decusquè.
O bellicosæ gloria Slauiæ,
Quâ consulari pegmata Palladi
Clarent; adulta germinascit
Quâ pietas, habilisquè virtus.
Per hospitali compta polities
Themisquè cultu floret eburneo:
Passim pererrat inter ipsas
Ritè feras animosa noctes.
Talem virago, lecta prophetici
Regina montis, mente perambulans
Propagini vidit nouellæ
Contuitu meliore pronam.
Ergo serenam diuitis ingenî
Sedem, valentis consilij domum,
Apellit vrbem, roborato
Marte, Duci celebrem Leoni.

Adit

Adit Leonum, nunc Sapientiæ
Locum, venustis moribus inclytum.
Hác, Angelorum, parte, summo
Castra Duci cumulata fundat.
Forti Mineruæ robora subdere
Iugumquè doctus stat leo ciuicæ
Emblema pacis; captiosas
Palladio tumulare technas.
Ferruginosus corpore, Thracico
Inspersus ardet prælia puluere:
Canesque contra destinatus,
Auricomis vigil est in aruis.
Scythæ latroni Murus; hic hosticas
Incursiones quasquè renunciat:
Pronâ, Leonem, vi; grauiquè
Flandriacum superauit ore,
Elinguis illic, orbus in vnguibus,
Impar vigori: seruat idoneâ
Integritate quem decora
Vrbs; alacri leo præstat vngue,
Delitigantis Lysimachi fera
Perempta culmis cedat: eburneâ
Stat fasce noster, martiali
Mergite stat, reparatquè vitam.
Nouit maníplo viuere Regio,
Castella nouit commoda mœnibus;
Interquè segnes angiportus,
Armigeras cumulare turres,
Hic Sandrocottos, quos labor optimus,
Deo sacratis presserat actibus
Fouet; Gelonis percrebrescit
Exiguis metuendus alis.
Tamen Leoni mente prophetica;
Est, id vereri præscio commodus
Vates: apellam fraudulentum

Viter; habet populare votum.
Insultet Orbi; tu caue perfido
Des lucrioni Cinica mœnia,
Inter morari; fæculento
Fædifragas agitare merces.
Leone victo, nonne cibarijs
Pastus medullis ille Pytisous,
Cunctis Achilles in Pelasgis
Præstiterat, dominatus illis.
Manso Leonis viscere fortior,
Euisceratis pinguior ossibus;
Forti lacerto roboratus,
Alterius macie perunctus.
Auro serenat campus, amicior
Sic est auaris, quid Leo? peruigil
Seruet cubile, ne vel auro
Continuet recutitus aurum.

AD SACRAM DEIPARÆ VIRGINIS IMAGINEM,
LEOPOLI IN ÆDE D. MICHAELIS ARCHANGELI CELEBERRIMAM.

CARMEN VOTIVUM.

ODE VIII.

Forma diuali radiata tædâ
Cui nec ignitos lapides, iubarquè
Comparo solis: perit istud in te
Virgo reflexum.
Floridas illi decolore venâ
Occulunt tramas, radio tuâquè
Luce perculsi, redimunt acosmo
Lumina vultu.
Aureus flammas humili pyropus
Ore non audet referare; fronte

garda

Sarda siluestri caperat, puderquè
Astra genarum.
Non viret iaspis; minuit smaragdus
Gramen: innatos Hyacinthus oris
Exinaniti, sterilis rudisquè,
Abdit odores.
Cedat ornatus, toga cedat auro
Texta; clauatæ, malacæquè tramæ,
Synthesis feruens, roseoquè fulta
Syrmata flore.
Hæc Mariana pereunt repulsa,
Luce sublimi tumulantur: orta
Decolorantur facie, meroquè
Sole fugantur.
Hic labor LVCÆ, pietas, amorquè
Interardescit: Decus omne, si quod
Aggerit tellus, tibi cessit ampli
Mater honoris.
Entheam ferues coamicta flammam:
Asseuerauit malefida, sacram
Ante consistens faciem, rebelli
Pectoris auso.
Protinus factis facibus perempta
Ardet; abnuttat: temerariamquè
Semet inculpans; veniam profundo
Corde precatur.
Parcit extemplò typus iconismo,
Parcit illustris decor infideli;
Et salus mentem vigil obstinatam
Depopulatur.
Mox inoffensæ fidei, rebelle
Cor adhærescit, probitas quod olim
Nulla formauit, geminata nunc iam
Gratia format.

Lumen æterni iubaris, quod almâ
Carne vestiuit sociale flamen,
Quod verecundo peperit virago
Integra partu:
Id flagellatam cicurasse mentem,
Cor vigorosâ solidasse tædâ,
Præstat; exustis niuibus proinde
Corda calescunt.
Quæ superfecto melius colore
Pingis illustrem, typicâque dextrâ
Exprimis vultum pia virgo, Casti
Lumen amoris
Non reexpectas bona Mater vmbrâ
Labili pingi; superam per arcem
Sol inardescens gelido niualis
Pectoris æstu.
Quidquid obstrictum cecinisse carmen
Gaudet, est sermo sterilis; quid vltra?
Virgo quid manco loquar ore? deficit
Copia verbi.
Desit? hæc Matris pietas, inorâ
Velle cantari, mutilâque laudo:
Velle deposci gemitu: meroque
Pectoris ictu.
Desit! æterno dabis ergo VERBO
Concionales, Deitate dignas
Eloqui laudes: dabis æuiternam
Viuere vitam.

IACO-

IACOBO SOBIESKI,
CASTELLANEO CRACOVIENSI.
EIVSQ; CONSORTI
THEOPHILÆ DANILOVICZOVVNA,
CASTELLAN. CRACOV.
Leopolienſibus Monialium Fundatoribus.

Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
Cant 4.

ODE IX.

COrroboratus regulâ prudentiæ,
Sufficiens clypeus,
Bellator ille nobilis.
Inuulneratus tela diſtrahens fera,
Interea cumulans
Fracti, paterna, roboris.
Cunctator audijt, coortos intimo
Pectore dum cohibet
Motus calentis impetus.
Cunctator alter eſt mihi, protexerat
Qui clypeo Patriam,
Diſcrimini ne cederet.
Perſpectione plurimâ notus; quibus
Oretenùs facilem
Facundiam definijt.
Id nomen anceps? alterum reſuſcito,
Quod ſibi fert pietas,
Propheticus dat Spiritus.
Calguritana fax; loquetur entheus
Dominicus, phyſico
Subnixus haud iuuamini.
Complexio politics, Vrbanitas
Multa docent, docuit
Plus cor, Prophetæ pernium.

Sic iste

Sic ille fatur, te IACOBE diligo;
Quæ mouet hunc bonitas?
Dilectus est, inquit, Deo.
O verba vitæ! quid potest his gratius
Quidue dari melius
Hæc filiorum tessera.
Sermo fidelis, hunc figurat charitas,
Hâc, nota fortilegæ
Beatitatis emicat.
Amore dignus quisquis ore cælico
Detegitur, penitus
Amore stat reciproco.
Tanti decoris testimonium ferunt
Digna cedris opera,
Perorat Archisterium.
Viuax opus nequit mori; quod occidat
Ipsa nec integritas,
Morti tremenda putidæ.
In orbe morsus inferi domesticus,
Virginitate perit
Plantâ repressus virginis.
Cunctis, MARIÆ, creditis propaginem
Viuere temporibus?
Tantis vicissim credite
In posthumorum vestra facta viuere
Cordibus & meritis:
Beata liberalitas.
Partam cruore gloriam nuper, cano;
Bellicus ardor ouat
Prudente tentus ancorâ.
Pernicitati deligauit pondera;
Ast vbi sanguinea
Vis pellit, auris ocyor.
Quò Marte poscebatur, incunctabile
Cor erat, & lubricus

Vel

Vel igne promptior chalybs.
Cunctatione, cernis aduersarij
Mole sua ruida
Cadens gemit ferocia.'
Non virium, sed conterentis horrida
Prælia consilij
Stupesce Thracas impotes.
Osmanus ictam sæpiùs, fractam tamen
Sæpius obriguo
Pacem timore postulat.
Exercitus quid Sarmatarum? non negat,
Nec metuit numerum;
In ense supputatio.
Negare victis dexteram, proteruiæ
Seruit; at ingenuæ
Non esse mentis alterum.
Viam Polonus, mente præstans libera
Arripuit mediam,
In æquilibrio sterit.
Cruore flentem Thracico, caduceo
Iunxerat oppositam
Hastam, tenet quidquid placet.
Caduceator quis putas ibit? feræ
Cedere quis Lybicæ
Ardente corde nesciet?
Lustrum; prementis ipsa iura gentium,
SZCZAVINIVS parilem
SOBISCIVM nactus, petit.
Ibi, tenaciore mente præditi,
Ore parænetico,
Flectunt capistro belluam.
Damnauit illa cor suum, coercita,
Fœdifragum; rabidæ
Iniecta menti postomis.

Sic est.

Sic est. Achilem qui virili gesseras
Robore, Lechiacos
Inter, strategus Ordines.
Posthinc, Homerum pacis inter exprimens
Festa beatificà,
Refers trophæa posthumis.
Virtute narras empta bella Filijs,
Nomen honorificum
Magnumque contrahis Decus.
Clangat quod omni fama parti, libero
Carmine veridicus,
Latinitati fers opus.
Quid iam nitoris, vis tuum, pono super
Infragilem clypeum;
Noster FABI palæstricæ?
Extollo DANILOVICIÆ lunæ iubar,
Scutigeræ domui
Hæc iuncta, stat viciniot.
Quod lemma? lemma non Demosthenis cauos
Scripserat ille, bona,
Fortuna quæ fallax rotat.
Illustris, alterum bonum sublimius,
Mens tua comperijt.
Fortuna scuto seruijt,
Non imperauit. Quis leonem pingere
Hic Agamemnonium
Vetat colore Martio?
Quis vel Medusæ Tauricanæ trux caput,
Sanguine luctificum,
Deforme barbarâ lue.
Solem tamen scribo, quis ille? Gratia;
Lemma quod? ipse Deus
VERBVM; id leget quis? CHARITAS.

MAR-

MARTINO KRASICKI, PALATINO PODOLIÆ, PREMYSLIENSI, S. M. N. THERESSIÆ FVNDATORI.

Cumq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quod cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis Domini.

Exod. 34.

ODE X.

DIva quod Moysi facies, coorta
Luce clarescat; minimè, propinquam
Miror æterno iubari, reflexo
Sole resolui.
Est tamen quod me capiat, bicorni
Cur inaspectum iaculante flammâ
Sepiat vultum, cuneata sursum,
Cornua vibrans?
Sic ne diffuso bonitatis amne
Potus, interpres Deitatis, illex
Cornibus laxis, vitiosa franget
Colla virorum?
Ille qui mitis facilisque dictus,
Omnibus tardâ placidus loquela;
Sic Dei consors, metuendus acri
Mente ferocit?
Cernis obtutu reuerente? gratum
Lumen est; visus deamat pudicos;
Mens apellarum scatet infrunito
Noctua visu.
Signat impletam noua lex figuram;
Copiam rerum speciale cornu
Signat; hac CHRISTI pietas inundat
Fonte salutis.
Magne, signabit geminum Dynastes

Quid

Quid tuum cornu? resonat peramplè
Cordis ardores, quibus antecellis
Moysis vt alter.

Frons tryumphali cumulata luce
Agmini præstat patrio; proteruos
Frangit obtutus: ita cespitantes
Ventilat hostes.

Buccinam cornus gerit, orthodoxo
Cætui, cantum resonat fidelem:
Voce decertat placidâ; tremendus
Martis in ore:

Gaudij clangit redeuntis anuum;
Indicat lustrum decies peractum:
Ordini cessit; iubilæa pleno
Pectore complet.

Inter obtentum nemus oblitescens,
Clangor hostilij, tuba facta Iaruæ;
Tutior filuis animata vitæ
Pneumate crescit.

Et cui, Matris bona sors, MARIÆ
Lucus accessit, soboli; ministrat
Copiam cornu domuíque sacræ
Culmen aceruat.

Hic vbi CONSI πόλις arcuato
Cingitur SANO; veterana Magni
Aula PREMYSLI micuit: THERESSÆ
Emicat ara.

Cypris hoc olim petulans latebat
Colle, sic fertur: patet expetitus
Iam pudor; lampas cumulata pleno
Feruet oliuo.

IANV-

IANVSSIO TYSZKEVVICZ, PALATINO KIIOVIÆ, BERDICOVIENSI, FVNDATORI.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis. Eccli 50.

ODE XI.

NVnc Roxolanam, pelle collossinâ
Terram rubentem, roboris integri
Adit colona: Tauricanis
Iam canibus propior THERESSA.
Fauces luporum, quos fera Thracia
Vibrat per orbem, corde pathetico
Intrat virago: ludit inter
Agna lupos vigil excitatos.
Victorialis conscia luminis
Nescit Gelonûm nubila marcidæ
Timere lunæ, pleniori
Lumine stat clypeata virgo.
Obscura nocti, deficientibus
Damnat latrones cynthia cornuis,
Inuoluit vmbris Istrienses
Luna feras; famulata nocti;
Vultu coruscat quæ tyrianthino,
Dilucidatis pendet eburnea
Cui stella cirris, hæc diescit,
Dum gemino rutilescit igne.
Quod si Carmelo tradita cælitus,
Adiuncta luci sidera dedicas;
TYSZKEVIANA tot lucernis
Luna iubar superauit omne.
Hæc Martiali pectore feruida,
Vtrasquè ripas, ense, Borysthenis
Dum seruat; vltra rapta flumen,
Precopias habitauit vmbras.

Tenebriones inter inhospitos
Latere nescit, noctibus eripit
Lumen diurnum, fulget inter
Cymmerias animosa nubes.
Posthæc decoræ reddita Patriæ,
Splendore quâquàm plena recanduit
Domo supernis institutâ,
Virgineis famulatur aris.
Inter sacratos emicat Ordines
Mox & coluris iuncta polaribus
Ipsos, perenni visione,
Cara Deo, superat coluros.

SEVERINO DE POTOK POTOCKI, CONVENTUS BERDICOVIENSIS BENEFACTORI MUNIFICENTISSIMO.

Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, Ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes filiorum. Apoc. 19.

ODE XII.

TRita SEVERINO quamuis acerrima surgant
Labore militaneo, Prælia trita viro;
Tritior est virtus: MARTINI castra secutus
Virtute certat integrâ; Relligione, Fide.
Non cessat Pietas, etiamsi bella quiescant:
Crescit per annos Charitas; crescit honor solidus.
Pectora marte calent, & auitæ laudis honore
Laxant habenas; calcibus ocyor it sonipes.
Quæ laudanda traho, non sunt penetralibus imis
Occulta; stant patentia: mens bona, Mars agilis.
Adduco pro teste Crucem, soleamquè decoris
POTOCCIORUM tesseram; Crux bonitas & amor.

Hic fe-

Hic soleas Poppæa tuas, quot luxus inaurat
Damno; quid aurum? dissonat quadrupedum pedibus.
Hanc specta soleam, quanto signetur honore?
Labore trita pulchrior; fixa nocere nequit.
Cede vago Chalybi; volat irreuocabile ferrum,
Hoc seruat integrum pedem, seruat honore gradum.
Hoc soleata valet, Scythicis aduersa maniplis
Auis; domesticis vigil: fulmina portat Heri.
CARMELI filiis assueta, propinquior astris,
In sole stantis Angelæ, vocibus icta pijs:
Ausa superficiem telluris vincere, cælis
Vicinior; THERESSIÆ gratior, & superis.
Carne cibata, veges regali; pinguior extat
Cibus Dei mensam super, fortibus esca viris.

FVNDATIO KAMENECENSIS.

Non potest gratis constare libertas, hanc si magno æstimas, omnia paruo sunt æstimanda. Senec.

ODE XIII.

Aëria temperiem cæli, Sycionius escas
E pisce, laudat accola:
Dapsilis Argos eis accommodat arte lebetem,
Cocum dat Elis piscibus:
Vina bibat pisci, violacea, nata Phliunte
Phliasianus ganeo.
Anquirat caseos, siculo de littore, lustro
Solutior cupedine.
Aegius afficiat mentem tibicen, eburnâ
Ciatquè tibiâ melos.
Astra gerens caudâ, Samio stet, pane dapalis
Et attagen Ionicis.
Hædus ab Ambraciâ, petasunculus aspera Quado,
Fumoquè cocta fercula,

Laudo nuces Thasias, & Chalcedonica gustu:
Laudetur icta pelamis.
Orta Tarentinis gracilis fluat ostrea stagnis,
Decerpta glans, Ibericis
Ellops quid Rhodius? Cilicum qui ruminat inter
Amœna scaurus gramina?
Nec murena, sapore iubens Tartesia; Chius
Pectunculus me commouet.
Palma Phari; vel asellus hebes, quē tracta Colonis
Fert vnda Pessinuntijs.
Cōmoda dent: quotquot memorantur fercula dātes
Vel Ciuitates, aut loci.
Commoda grata gulæ, sint viribus hostica nostris,
Aduersa moribus probis.
CAMENECVM, peracuta tenet quod vertice petra,
Superquè tollit æthera.
Solis vrbs generosa viris, adamantina; nullis
Concussa Thracum copijs.
Non pudefacta canum, millenis cincta cateruis,
Mundi ter, actis partibus.
Planâ mente stetit, dextrâ cooperta superna,
Defensa nudo pectore.
Ceû clypeo; munita viris, virtute fideli:
Elusit arcus excitos.
Mole suâ, lubricâq. fugâ pereuntibus, audax
Remansit impar hostibus.
E iaculis causata, tulit iubar vmbra diurnum,
Solem fugârunt spicula.
Prôh, mediâ mansérê viri de nocte calentes,
A Marte firmo fulgidi.
Labilis Osmanus circum pede feruet inerti
Pudore suffusus graui
Fractâ parte minor laxas alit excitus iras
Vanaquè spe delitigat.

Ipse

Ipse dolo perijsse suo, cecidisse ruinâ
Quam iecit alteri, gemit.
Consilium simulator auet, quis conditor Vrbis,
Et hæc leuasset mœnia?
Responsum tenuit; Numen quod præsidet: orbem
Solisquè nutibus regit:
Præteritis miscet præsentia, quiquè futura
Adducit, ille conditor.
Petrosas natura dein quas aspera vires
Accepit, vrbi contulit.
Sarmata defendit vel aperto pectore miles,
Robur patens quis obruat?
Nec per mille pauens occumbere prælia, morte
Exercitâ viuacior.
Sic est; vita cui minùs est adamata; vigescit;
Et pressus ignis æstuat.
Et vitam, quâ nil meliùs, qui prostat amore
Vitæ suæ contemnere:
Libertate satur, millenas perdere fortis
Hic est cohortes hostium.
Dixerat hæc, recto quisquis fuit arbiter ore;
Osmanus infert clausulam.
Nunc ergo faber ille Tonans, qui caute profunda
Fundamen vrbi contulit:
Libertatis amor solitò quam protegit, ipsam
Oppugnet & vincat Deus.
Gratis lusit iners; foribus nam peruia stare
Nouit patentibus Deo.
Relligionis amans, Christo dedit (hostica per quē
Vis & furor cadunt) manum.

CÆTERIS PROVINCIÆ NOSTRÆ BENEFACTORIBVS.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet. Eccli. 40.

ODE XIV.

NOmina Sarmaticas inter fulgentia gentes,
Propono MICHALOVIVM;
Consortemquè viri, solidâ pietate probatam,
Summi pudoris VRSVLAM:
Dicta domus, CHRISTI non aspernatur egentes
Frugalitati prouida.
Clauis, æternales, in aperto prodigus auro,
Gazas recludit Patriæ.
Sunt hæc parua putas? vitam cum sanguine libat,
Polonicis Penatibus.
SZIDLOVI soleam spatiantem cerno propinquo
In monte CARMELI stetit.
Audio, prorsus olorinam cantare senectam,
Virtute completam pari.
Hæc tua ZIDOVVI, generosi vena metalli
Sit laus; honores nectere
Floribus auricomis, cælo Sapientia quales,
Themisquè constans demetit.
Dum Fas, atquè Lares operosâ protegis arte,
Assertor innocentiæ,
Suadâ flexibili Cicerone venustior ipso,
Decurris amne planior.
Melpomene cantu, monet huc reuocare SOPHIÆ
Manes CIKOVIÆ sacras
SAMBORZECCIANI perimi nequit æstus amoris,
Post fata viuit CHARITAS.

VATI-

VATICINIVM.

ODE XV.

RVptæ quietis præmia posteris
Enarro vates. Rusmia pinneo
Quà stat virore deprehensa,
Æquoreis redimita venis;
Illic oborto mane THERESSIAM
Vidi serenis tractibus, aureo
Vectam curuli; suaue cæli
Turba melos modulante, vidi.
Et iam polaris virgo, domestico
In monte præsens, cælica mœnia
Linquens, chronissat, florulentis
Cespitibus, rutilante bigâ.
Quo candet Ordo culmine cygneus,
Extemporali, stella prophetica
Throno diurnat, vtriusque
Aucta choro sobolis Bimater.
Sic illa planè regna per extima
Diffusa torquens lumina, nobiles
Plagas recellit. quà corusco
Sole rubens animatur Eos.
Exinde flectens ora perambulat
Vrsæ rigores: hac pater vltima
Septentrioni iuncta Thule
Nocte diem superare nata:
Dic vicissim noctis oporinas
Euincit vmbras, frigora lampade
Calente pellit, quot rigentis
Oceani glaciauit æstus.
Fluctus marinos ire per inuios
Cetratus audax, promptior ignibus;
Illic sodali Marte brutas
Exagitat, cohibetque gentes:

Ferens

Potens gradiuo Sarmata milite
Hastâquè præstans, agmina suetica,
Leuesquè Moschos paruipendit
Sanguineis cumulare riuis.
Ibi perenni fulmine Thracica
Fatigat ardens vtraquè cornua;
Morphæus Poloniæ; remotis
Hic solitò requiescit aruis.
Excandefacto Torrida climate,
Cerno solutis crinibus Arctico
Obiecta zona feruet axi,
Indomito pluuialis igne.
Legente visu cuncta Toparchia
Emensâ; cum sic virgo; recognita
Mihi per orbem claustra, CHRISTO
Virgineo generata partu,
His quot manetis, quos ego Numini
Vindemiali pectore protuli;
Quibus per orbem multiformes
Proposui pietatis actus:
Quos chorda gignent sæcula posthumis
Edico Mater prouida filijs,
Non cautibus notanda duris,
Vnanimi retinenda corde.
Enarro vitæ compita; gloriæ
Scopum; tepori toxica; labilis
Panchestra feruoris; beatæ
Lucis iter facilemquè metam.
Primæua quorum Regula pectora,
Et prosecutæ præmia possident
Integritatis, æuiterno
Ipse Deus redamandus igne.
Illis receptam cælitus, euoco
Thesim quaternam, qua probo munia

Victo-

Vigoris atquè sanctitatis,
Posse, Deo solidante stare.
Sublime quotquot culmen operculat,
Horum supremos, vnio maximè
Decet lacertos, irretortum
Sic stat onus, columenquè firmum.
Congesta multo pondere, deprimi
Moles timetur; nec bene congruit
Coniunctioni: sit referto,
(Mando) loco, minus hic locatum.
Quod si seorsum culmina promouet,
Cælosquè tantùm spectat; inaudiat
Tellure rarò: gloriosa
Mente, Deos numeretur inter.
Sic iam coluris corde propinquior,
Multùmquè distans, verba coarguet:
Actu docebit cordis aures,
Astra peti mediante luce.

Quando nos totaliter, non autem in partes & frustra diuisos Domino Deo tradimus: tunc ipse largiter nobis suas infundit virtutes, & omnibus inimicis nostris, in tutelam & defensionem nostram se opponit. S. M. N. c. 8. de via Perf.

ODE XVI.

NOn liquet? quanto superus tenore
Arbiter blennas mussitet querelas?
Qualiter sacræ deamata pacis
Iura reformet?
Quo decoratus, queribunda index
Verba decreto iugulet, grauiquè
Deprimens vultu, domet excitata
Iurgia fratrum?
Me quis inter vos statuit, coortæ
Iudicem rixæ? pietatis Auctor

Nunc

Nunc ego; per me peritura, vobis
Schismata stabunt?
Absit elongem sociandа; quidquid
Vniuersali stabulatur orbe,
Id pugillari clypeo coarctat
Sphæra polaris.
Qui salutares elegis choræas
Occinunt terris; agiles coluros,
Cardines ipsas docui Minerua
Stare sub vna.
Mobili Primo recitante cantus,
Saltibus cæli celerant quietis;
Vnico iunctim comitantur omnes
Ordine Sphæræ.
Perperos memet moderante motus,
Et vagabundis dominante brutis,
Agnus instrato, socius Leoni
Stertet eodem.
Et leo miti fame postulatus
Ipse brutali saturatur alga:
More defessi bouis ostreato
Stramine viuet.
Ardor, assertæ noua Charitatis
Serta dissoluam? cohibere veni
Vnio pacem, reparoquè nexu,
Schismate scissam.
Gratiâ damno cor inhospitale;
Turbidæ menti fugio, quieti
Quæ sit hostilis, facilisquè bruto
Impete scindi.
Vos vt heredes legerem supernæ
Sedis; exheres cubitalis inter
Bruta proiectus, dolui scabroso
Frigore pressus.
Vos vt æternùm pereatis, orco

Præda

Præda deformi numeranda, lectâ
Separo turbâ, vegante sursum
Pneumate tractos?
Et quibus rupto lateris fluento,
Ægero sacri latices cruoris
Nunc relaxatis pathico propinem
Sulphura vase.
Exprimat nolo, lapis angularis
Iudicem pro nunc, meliùs figurans
Pacis æternæ faculas, amico
Igne liquescat.
Vtra connectat; superisquè terram
Reddat intentam, crepetasquè mente
Luce discreta cumulet sacroquè
Corda calore.

Si intelligeremus quantum Charitas proximi nobis sit necessaria, alteri studio non incumberemus.
S. M. Mant. c. 3.

ODE XVII.

Donum, polari quisquè palatio
Per quod recessit; creditur exprimi
Hoc stare clausis, charitate
Hî geminâ reuocetur astris.
Proinde, quantis flexilis vnitas
Perruminatur; mente reciproca
Hæc prosequenda, mancipatis
Pectoribus, manibusquè iunctis.
Collectioni nulla domæsticæ
Tantùm valebit, quæ sit idonea
Ars deligandæ; sola prodest
Vnanimis Procerum corona.
Consensionis firma tenacitas,
Offensionis nulla proteruia,
Idemquè velle, sanctitatis

Quid tuum cornu? resonat perampli
Cordis ardores, quibus antecellis
Moysis vt alter.

Frons tryumphali cumulata luce
Agmini præstat patrio; proteruos
Frangit obtutus: ita cespitantes
Ventilat hostes.

Buccinam cornus gerit, orthodoxo
Cætui, cantum resonat fidelem:
Voce decertat placidâ; tremendus
Martis in ore:

Gaudij clangit redeuntis annum;
Indicat lustrum decies peractum:
Ordini cessit; iubilæa pleno
Pectore complet.

Inter obtentum nemus oblitescens,
Clangor hostilij, tuba facta Ianuæ;
Tutior siluis animata vitæ
Pneumate crescit.

Et cui, Matris bona sors, MARIÆ
Lucus accessit, soboli; ministrat
Copiam cornu domuìque sacræ
Culmen aceruat.

Hic vbi CONSI πόλις arcuato
Cingitur SANO; veterana Magni
Aula PREMYSLI micuit: THERESSÆ
Emicat ara.

Cypris hoc olim petulans latebat
Colle, sic fertur: patet expetitus
Iam pudor; lampas cumulata pleno
Feruet oliuo.

IANV-

IANVSSIO TYSZKEVVICZ, PALATINO KIIOVIÆ, BERDICOVIENSI, FVNDATORI.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis. Eccli 50.

ODE XI.

NVnc Roxolanam, pelle collossinâ
Terram rubentem, roboris integri
Adit colona: Tauricanis
Iam canibus propior THERESSA.
Fauces luporum, quos fera Thracia
Vibrat per orbem, corde pathetico
Intrat virago: ludit inter
Agna lupos vigil excitatos.
Victorialis conscia luminis
Nescit Gelonûm nubila marcidæ
Timere lunæ, pleniori
Lumine stat clypeata virgo.
Obscura nocti, deficientibus
Damnat latrones cynthia cornuis,
Inuoluit vmbris Istrienses
Luna feras; famulata nocti;
Vultu coruscat quæ tyrianthino,
Dilucidatis pendet eburnea
Cui stella cirris, hæc diescit,
Dum gemino rutilescit igne.
Quod si Carmelo tradita cælitus,
Adiuncta luci sidera dedicas;
TYSZKEVIANA tot lucernis
Luna iubar superauit omne.
Hæc Martiali pectore feruida,
Vtrasquè ripas, ense, Borysthenis
Dum seruat; vltra rapta flumen,
Precopias habitauit vmbras.

Tenebriones inter inhospitos
Latere nescit, noctibus eripit
Lumen diurnum, fulget inter
Cymmerias animosa nubes.
Posthæc decoræ reddita Patriæ,
Splendore quàquàm plena recanduit
Domo supernis institutâ,
Virgineis famulatur aris.
Inter sacratos emicat Ordines
Mox & coluris iuncta polaribus
Ipsos, perenni visione,
Cara Deo, superat coluros.

SEVERINO DE POTOK POTOCKI, CONVENTVS BERDICOVIENSIS BENEFACTORI MVNIFICENTISSIMO.

Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes filiorum. Apoc. 19.

ODE XII.

TRita SEVERINO quamuis acerrima surgant
Labore militaneo, Prælia trita viro;
Tritior est virtus: MARTINI castra secutus
Virtute certat integrâ; Relligione, Fide.
Non cessat Pietas, etiamsi bella quiescant:
Crescit per annos Charitas; crescit honor solidus.
Pectora marte calent, & auitæ laudis honore
Laxant habenas; calcibus ocyor it sonipes.
Quæ laudanda traho, non sunt penetralibus imis
Occulta; stant patentia: mens bona, Mars agilis.
Adduco pro teste Crucem, soleamquè decoris
POTOCCIORVM tesseram; Crux bonitas & amor.

Hic fo-

Hîc soleas Poppæa tuas, quot luxus inaurat
Damno; quid aurum? dissonat quadrupedum pedibus.
Hanc specta soleam, quanto signetur honore?
Labore trita pulchrior; fixa nocere nequit.
Cede vago Chalybi; volat irreuocabile ferrum,
Hoc seruat integrum pedem, seruat honore gradum.
Hoc soleata valet, Scythicis aduersa maniplis
Auis; domesticis vigil: fulmina portat Heri.
CARMELI filiis assueta, propinquior astris,
In sole stantis Angelæ, vocibus icta pijs:
Ausa superficiem telluris vincere, cælis
Vicinior; THERESSIÆ gratior, & superis.
Carne cibata, veges regali; pinguior extat
Cibus Dei mensam super, fortibus esca viris.

FVNDATIO KAMENECENSIS.

Non potest gratis constare libertas, hanc si magno æstimas, omnia paruo sunt æstimanda. Senec.

ODE XIII.

AEria temperiem cæli, Sycionius escas
E pisce, laudat accola:
Dapsilis Argos eis accommodat arte lebetem,
Cocum dat Elis piscibus:
Vina bibat pisci, violacea, nata Phliunte
Phliasianus ganeo.
Anquirat caseos, siculo de littore, lustro
Solutior cupedine.
Aegius afficiat mentem tibicen, eburnâ
Ciatquè tibiâ melos.
Astra gerens caudâ, Samio stet, pano dapalis
Et attagen Ionicis.
Hędus ab Ambracia, petasunculus aspera Quado,
Fumoquè cocta fercula.

Laudo nuces Thasias, & Chalcedonica gustu:
Laudetur icta pelamis.
Orta Tarentinis gracilis fluat ostrea stagnis,
Decerpta glans, Ibericis
Ellops quid Rhodius? Cilicum qui ruminat inter
Amœna scaurus gramina?
Nec murena, sapore iubens Tartesia; Chius
Pectunculus me commouet,
Palma Phari; vel asellus hebes, quē tracta Colonis
Fert vnda Pessinuntijs.
Cōmoda dent: quotquot memorantur fercula dātes
Vel Ciuitates, aut loci.
Commoda grata gulæ, sint viribus hostica nostris,
Aduersa moribus probis.
CAMENECVM, peracuta tenet quod vertice petra,
Superquè tollit æthera.
Solis vrbs generosa viris, adamantina; nullis
Concussa Thracum copijs.
Non pudefacta canum, millenis cincta cateruis,
Mundi ter, actis partibus.
Planâ mente stetit, dextrâ cooperta superna,
Defensa nudo pectore.
Ceû clypeo, munita viris, virtute fideli:
Elusit arcus excitos.
Mole suâ, lubricâq. fugâ pereuntibus, audax
Remansit impar hostibus.
E iaculis causata, tulit iubar vmbra diurnum;
Solem fugârunt spicula.
Prôh, mediâ mansêrē viri de nocte calentes,
A Marte firmo fulgidi.
Labilis Osmanus circum pede feruet inerti
Pudore suffusus graui
Fractâ parte minor laxas alit excitus iras
Vanaquè spe delitigat.

Ipse

Ipse dolo perijsse suo, cecidisse ruinâ
Quam iecit alteri, gemit.
Consilium simulator auet, quis conditor Vrbis,
Et hæc leuasset mœnia ?
Responsum tenuit ; Numen quod præsidet: orbem
Solisque nutibus regit :
Præteritis miscet præsentia, quique futura
Adducit, ille conditor.
Petrosas natura dein quas aspera vires
Accepit, vrbi contulit.
Sarmata defendit vel aperto pectore miles,
Robur patens quis obruat ?
Nec per mille pauens occumbere prælia, morte
Exercitâ viuacior.
Sic est ; vita cui minùs est adamata ; vigescit ;
Et pressus ignis æstuat.
Et vitam, qua nil meliùs, qui prostat amore
Vitæ suæ contemnere :
Libertate satur, millenas perdere fortis
Hic est cohortes hostium.
Dixerat hæc, recto quisquis fuit arbiter ore ;
Osmanus infert clausulam.
Nunc ergo faber ille Tonans, qui caute profunda
Fundamen vrbi contulit :
Libertatis amor solitò quam protegit, ipsam
Oppugnet & vincat Deus.
Gratis lusit iners ; foribus nam peruia stare
Nouit patentibus Deo.
Relligionis amans, Christo dedit (hostica per quē
Vis & furor cadunt) manum.

CÆTERIS PROVINCIÆ NOSTRÆ BENEFACTORIBVS.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet. Eccli. 40.

ODE XIV.

NOmina Sarmaticas inter fulgentia gentes,
Propono MICHALOVIVM;
Consortemque viri, solidâ pietate probatam,
Summi pudoris VRSVLAM:
Dicta domus, CHRISTI non aspernatur egentes
Frugalitati prouida.
Clauis, acernales, in aperto prodigus auro,
Gazas recludit Patriæ.
Sunt hæc parua putas? vitam cum sanguine libat,
Polonicis Penatibus.
SZIDIOVI soleam spatiantem cerno propinquo
In monte CARMELI stetit.
Audio, prorsus olorinam cantare senectam,
Virtute completam pari.
Hæc tua ZIDOVVI, generosi vena metalli
Sit laus; honores nectere
Floribus auricomis, cælo Sapientia quales,
Themisque constans demetit.
Dum Fas, atque Lares operosâ protegis arte,
Assertor innocentiæ,
Suadâ flexibili Cicerone venustior ipso,
Decurris amne planior.
Melpomene cantu, monet huc reuocare SOPHIÆ
Manes CIKOVIÆ sacras.
SAMBORZECCIANI perimi nequit æstus amoris,
Post fata viuit CHARITAS.

VATI-

VATICINIVM.

ODE XV.

RVptæ quietis præmia posteris
Enarro vates. Rusmia pinneo
Quà ſtat virore deprehenſa,
Æquoreis redimita venis;
Illic oborto mane THERESSIAM
Vidi ſerenis tractibus, aureo
Vectam curuli; ſuaue cæli
Turba melos modulante, vidi.
Et iam polaris virgo, domeſtico
In monte præſens, cælica mœnia
Linquens, chroniſſat, florulentis
Ceſpitibus, rutilante bigâ.
Quo candet Ordo culmine cygneus,
Extemporali, ſtella prophetica
Throno diurnat, vtriuſquè
Aucta choro ſobolis Bimater.
Sic illa plane regna per extima
Diffuſa torquens lumina, nobiles
Plagas receſſit. quà coruſco
Sole rubens animatur Eos.
Exinde flectens ora perambulat
Vrſæ rigores: hac pater vltima
Septentrioni iuncta Thule
Nocte diem ſuperare nata:
Die viciſſim noctis oporinas
Euincit vmbras, frigora lampade
Calente pellit, quoc rigentis
Oceani glaciauit æſtus.
Fluctus marinos ire per inuios
Cetratus audax, promptior ignibus;
Illic ſodali Marte brutas
Exagitat, cohibetque gentes:

Potens

Potens gradiuo Sarmatæ milite
Hastâquè præstans, agmina suetica,
Leuesquè Moschos paruipendit
Sanguineis cumulare riuis.
Ibi perenni fulmine Thracica
Fatigat ardens vtraquè cornua;
Morphæus Poloniæ; remotis
Hic solitò requiescit aruis.
Excandesacto Torrida climate,
Cerno solutis crinibus Arctico
Obiectæ zona feruet axi,
Indomito pluuialis igne.
Legente visu cuncta Toparchia
Emensa; cum sic virgo; recognita
Mihi per orbem claustra, CHRISTO
Virgineo generata partu.
His quot manetis, quos ego Numini
Vindemiali pectore protuli;
Quibus per orbem multiformes
Proposui pietatis actus:
Quos chordæ gignent sæcula posthumis
Edico Mater prouida filijs,
Non cautibus notanda duris,
Vnanimi retinenda corde.
Enarro vitæ compita; gloriæ
Scopum; tepori toxica; labilis
Panchestra feruoris; beatæ
Lucis iter facilemquè metam.
Primæua quorum Regula pectora,
Et prosecutæ præmia possident
Integritatis, æuiterno
Ipse Deus redamandus igne.
Illis receptam cælitus, euoco
Thesim quaternam, qua probo munia

Victor-

Vigoris atquè sanctitatis,
Posse, Deo solidante stare.
Sublime quotquot culmen operculat,
Horum supremos, vnio maximè
Decet lacertos, irretortum
Sic stat onus, columenquè firmum.
Congesta multo pondere, deprimi
Moles timetur; nec bene congruit
Coniunctioni: fit referto,
(Mando) loco, minus hic locatum.
Quod si seorsum culmina promouet,
Cælosquè tantùm spectat; inaudiat
Tellure rarò: gloriosa
Mente, Deos numeretur inter.
Sic iam coluris corde propinquior,
Multùmquè distans, verba coarguet:
Actu docebit cordis aures,
Astra peti mediante luce.

Quando nos totaliter, non autem in partes & frustra diuisos Domino Deo tradimus: tunc ipse largiter nobis suas infundit virtutes, & omnibus inimicis nostris, in tutelam & defensionem nostram se opponit. S. M. N. c. 8. de via Perf.

ODE XVI.

Non liquet? quanto superus tenore
Arbiter blennas mutilet querelas?
Qualiter sacræ deamata pacis
Iura reformet?
Quo deoratus, queribunda iudex
Verba decreto iugulet, grauiquè
Depriméns vultu, domet excitata
Iurgia fratrum?
Me quis inter vos statuit, coortæ
Iudicem rixæ? pietatis Auctor

Nunc

Præda deformi numeranda, lectâ
Separo turbâ, vegante sursum
Pneumate tractos?
Et quibus rupto lateris fluento,
Egero sacri latices cruoris
Nunc relaxatis pathico propinem
Sulphura vase.
Exprimat nolo, lapis angularis
Iudicem pro nunc, meliùs figurans
Pacis æternæ faculas, amico
Igne liquescat.
Vtra connectat; superisquè terram
Reddat intentam, crepetasquè mentem
Luce discreta cumulet sacroquè
Corda calore.

Si intelligeremus quantum Charitas proximi nobis sit necessaria, alteri studio non incumberemus.
S. M. Mant. c. 3.

ODE XVII.

DOnum, polari quisquè palatio
Per quod recessit; creditur exprimi
Hoc stare clausis, charitate
Hî geminâ reuocetur astris.
Proinde, quantis flexilis vnitas
Perruminatur; mente reciproca
Hæc prosequenda, mancipatis
Pectoribus, manibusquè iunctis.
Collectioni nulla domæsticæ
Tantùm valebit, quæ sit idonea
Ars deligandæ; sola prodest
Vnanimis Procerum corona.
Consensionis firma tenacitas,
Offensionis nulla proteruia,
Idemquè velle, sanctitatis

Dum

Dum stat idem sociale nolle.
Caputne, collo viuere dissito
Credes ? & ipsum corpus inhospitum
Spirabili vitæ ? cadauer
Parte bonâ viduum putrescet.
Structura cordis mystica, turbine
Quassata, si quis cælitus appluit
Nequit vigore corrogari;
Astra suis periere rixis.
Telluris arens corpus ab æthere
Maderet vndâ, non pluuiatili;
Concopulata ni remotis
Iuncta forent elementa terris.
Tophusne poscit voce philosophâ
Lapis vocari ? cuius ab intimis,
Soluta dissipat saburræ
Fædifragam, fragilemque formam:
Trunco vel arbor quæ iacet extera
Sic nuncupari ? mortua caudici,
Lignumque facta torrefactum,
Iam physico viduata motu.
Æqualis, vnum nuncupat arbitra
Mens quidquid: vnum postulat ordinem:
Coniunctioni dissolutæ,
Mole suâ tumulantur ædes.
Scissura quæuis rudus inutile
Minatur; ortum schisma solutilem
Lapsum palangat, excitatis
Turbinibus trahit in ruinam.
Omnis, nefasto proxima casui
Compago discors, impete proprio
Disterminatur: fluctuosis
Tracta Notis agitatur exlex.
Vnita virtus vincere fortior
Motus rebelles extat, amabilem

Nil vnitatem soluet, vnum
Quam gremiat solidatque pectus.
Vos ergo, quotquot viua recondidit
Vno receptos ordine Charitas;
Vnius, acti septiformi
Este, Dei bonitate, moris.

THERESSIA MATER DIVINAM PROMOVET CHARITATEM.

Similis factus sum Pelicano. Psal. 101.

ODE XVIII.

Semicombustam facibus malignis
Adiuuans prolem pelicanus, atros
Ipse commotis animosus alis
Inuolat ignes.
Ipse comburi tragico iuuamen
Deferens nixu celerat; frequenter
Igne damnoso capitur perustis
Corpore plumis.
Prole denatâ, generosus inter
Exinanitæ sobolis fauillas
Eligit, vitæ refugus, perosam
Ponere vitam.
Occidit fœtu moriente, salua
Spes anhelanti dubiæque proli
Restet in vitam; medico refundet
Sanguine vitam.
Expapillatum cuneante rostro
Pectus effringens, patulo cruorem
Amne diffundit; moribunda curat
Membra calore.
Visus est vndas decumanus inter,
Piscis hostili furialis esu,

Fortè Delphino iuueni dolosas
Tendere fauces.
Hunc inexpertum iuuet instructæ
Fraudis vt, mandit genitor; cauernâ
Ventris includens, iterum refusis
Egerit vndis.
Quid palumbinos refero calores,
Vellus intextum niuibus? columbam
Frigus exsternat, perimitquè sæpè
Membra rigore.
Hæc recessurâ remorante brumâ
Instruit nidum; sed amore tanto
Feruet, implumes tunicare pullos
Quantus adæquet:
Dissipat plumas, pereuntibusquè
Aptat, algorem reprimit glabrescens
Interim fotrix, glacie niuali
Perdita desit.
Ipsa nos tellus doceat, satarum
Quidquid herbarum gremio feraci
Parturit cælebs genitrix, eodem
Seruat, alitquè.
Sic perexilis pietas, olescit
Lime naturæ moderamen almæ
Lucis, & mentis pudeat capaces,
Isse minore
Et quibus proles magis arctiore
Obtigit partu Fidei, referta
Cælitus, litro mediante sacri
Sanguinis empta!
His, minor nexu, stet episcopalis
Cura, vilescat pietas, dolorquè
Nullus approbet, moriente pube
Dorsa labori
Sic adaptari facilis Propheta,

Distra-

Distrahit mortem, teneroquè vitam
Reddit amplexu; dare non valebat
Fuste minaci.

Quia Deo non omnia, sed tantum vsum fructuum damus, fundum verò & hæreditatem affectuum nobis retinemus, ideò purum & perfectum Dei amorem, non consequimur. S. M. c. 11. vitæ suæ.

ODE XIX.

PErexpeditis auribus, aurea
Intrasse pectus credo notacula
Vitæ, quietis instituta
Pectoribus, vigiliquè menti.
En ille Paci prorsus amicior,
Indusiatur carne tenerrima;
Quid hac? Magister vnionis
Dissidium furiale damnat.
Concordialis discrepat vnitas
Disiunctioni; CHRISTVS Hypostasi
Vnâ, coarctans vera; signum
Diuidiæ dedit interemptæ.
Sagum receptæ carnis, amabile
Integritatis fœdus vt audijt
Concordiæ redauspicandæ
Tesserulam celebrauit emptam.
Diuisor inter lectus, inhorruit
Aduersa paci schismata, promptior
Communionis, institutor
Spargit opes, tribuitque gratis.
Solutionem damnat, inutiles
Motus capistrat, pectus inhospitum
VERBO flagellat, quod Parenti
Virgineæ stetit hospitale.
Hereditatem, sit licet infimæ
Sortis, probatus noluit Arbiter

Deintegrari, ne supernæ
Iura grauet, violetque fortis.
Delata quis iam fœdera cælitus
Quæret nefastis rumpere moribus?
Cruore parta franget altis
Iura Deum comitata cælis.

CHRISTO IESV VNIONIS AMATORI.

Ego flos campi & lilium conuallium. Cant. 2.

ODE XX.

CHRISTE Flos, leni Libanitis aurâ
Tractus, Excelsi Genitoris almo
Vertici sacrum diadema molli
Necte corollâ.
Ipse collecti supera ligamen
Circuli; summum caput examato
Occupa nexu, supereminenti
Fronte serenus.
Exteri tanto profugique serto,
Quosue denatos amor exoletus
Fecit; abnormis stygio parentur
Hostia ventri.
CHRISTE propter quem penetrale cæli
Deseris magnæ specialis Heres
Arcis, Æterno soboles nitore
Nata Parenti:
Me tuis, florens vbi sempiterno
Vere, vitales cumulas odores;
Afferas campis, cui stant perenni
Prata virore.

F. ELI-

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

LYRICORVM

LIBER QVARTVS.

PHILIPPO III. CATHOLICISSIMO HISPANIARVM INDIARVMq; REGI CONSECRATVS.

PHILIPPI II. SOLIDA PIETAS CELEBRATVR.

FEruore tanto concalescit AVSTRIA,
Quantus amat Superis
Toto vigore protrahi.
Nomen reuolue; quo putas Ecclesiam
CATHOLICVS cumulet
Honore, quantâ gloriâ?
Solem voco testem: Philippici iubar
Nominis, æquat iter
Solis; colorat æthera.
Deuotus intra Cordulam; vacans Deo
Sub specie fragili
Abscondito superfuit:
Processioni, sole feruido comes;
Prosequitur capite
Dapes, aperto, cælicas.
Terrestris ardor profuit, postquam sacræ
Corda cremant faculæ:
Nocere nescit CHARITAS.
Uns. Charitati militat: nouit proin

Quærere luce Deum.
Antuerpiensium typi,
LAVRENTII claustrum, Duaci nobile
Palladium, steterant
Splendoris intimi notæ.
SECVNDVS ergo tot micans insignijs,
Bibliotheca suum,
Illi reciprocat decus.
Quid iam THERESSA? quas ei laudes velit?
Cuius ouat studio,
Curâ, labore clarior.
Remitto, quisquis id negotium trahet,
Candida scripta legat,
Quid his PHILIPPO seruiat?
Opus docet viraginis, verax opus;
Præmia soluit amor,
Cælum reseruat præmia.

Natiuitas B. Virginis; Nominis impositio, & ominatio.

HYMNODIÆ seu METROPROSÆ.

O D E I.

LÆtare Mater SPANIA
Nouo superna culmine;
Cæli coruscant mœnia,
Tui decoris lumine.
Terris profusam cælitus,
Forti puellam nomine,
Parens IBERIS inclytus,
Fausto vocauit omine.
Lætare Matre virgine;
THERESSA traxit omnia;
Hausto polari flumine,
Vitæ beatæ xenia,

Hæc

Hæc Nata (dixit) famine
Afflata ſacri Pneumatis;
Caſto necabit germine,
Spurci venenum dogmatis.
Portenta cælis extera
Piante perdet fulmine,
Moriquè coget dextera
Dio peruſta flamine.

Septennis ad Martyrium conuolat.

ODE II.

SVmmo deuota Numini
Virgo puſilla corpore,
Non parcet horno ſanguini,
Toto calente pectore.
Nuper caloris paruula
Vis membra tinxit; creditam,
Cum iam caloris tædula,
Vitæ reponit orbitam.
Egreſſa cunis, indiga
Lucis, Tonanti credula:
Cum lucis ecce prodiga,
Ad regna gliſcit cærula.
Lac pro cruore fundere
Vix carne poſſet azymâ,
Et iam cruorem tradere
CHRISTO, parauit, intima.

Reuocatur ab itinere Martyrij.

ODE III.

QVò virgo mente ſplendida?
Quâ curris, oro, ſemitâ?
Quo calle, corde feruida?
Non ſuo parantur compita;

Non

Non hæc: dicatur candidi
Bidens noualis agminis;
Tibi beata lucidi
Proles, decusquè germinis.
Tibi rubore blatteum,
Crucis rubescit sidere,
Iter nitore lacteum
Toto nitescit æthere.
Tibi leuantur tegmina;
Ducuntur astris Ordines;
Cælestium cacumina
Panduntur, atquè cardines.
CHRISTI calores blanduli
Lux, tæda, flamma viuida;
Paces amoris æmuli
Mors viua, vita morbida.
Tibi sacrata munera,
CHRISTI nouantur stigmata:
Dilectionis vulnera,
Diuæ Crucis toreumata.

E Via reuocata, Vacat solitudini.

ODE IV.

VIrtutis actæ firmate
Cedunt labores cosmici;
Sacro refertæ Pneumate,
Fluunt decores cælici.
En quod Lutherus inuido
Detraxit ore perfida
Spargens venena: feruido
Firmat precatu prouida.
CARMELVS huber, herbida
Adduplicabit pascua,
Egerminabit florida.

Egens

Egens Eremus Thecuæ
Thronos replebit feffiles,
Thronos vacantes Angelis;
Reddet fupernis exules,
Regnis reducet cærulis.

COROLLA MARTYRIO.

ODE V.

AMorne ftat maior dari?
Calore quis præftat pari?
Amore vitæ perdere
Vitam, cruorem fundere?
Lux CHRISTE Patris vnica,
Arx mentium, Laus gymnica;
Tu nos Foli cibis alens,
Potas amore cor calens.
Hoc virgo noftra faucia,
Amore currit ebria,
Amor coegit paruulam,
Vitæ fubire claufulam.
Cor vulnerat, mentem ferit,
Pectus perurens, ingerit
Mortem; quid illa? fomnium;
Deus corona talium.

MARTYRIVM CHARITATIS.

ODE VI.

CRudelis illa CHARITAS
Qua fluxit omnis puritas!
In morte dulce vinculum;
Medens dolore fpiculum:
Non parcit illa virgini,
Quæ mundiali margini

Nuper

Nuper profusa, lenior
Aurâ; dolore plenior.
Heu! vulneri medullitus
Patens, amoris abditus
Scopus, petita corruit,
Amoris igne diffluit?
Cor, quod sagitta læserat
Flammis pudicis arserat;
Dilectione mystica,
Factum fauilla cælica.

VICTRICI CHARITATI.

ODE VII.

AMore cessit! abditæ
Feræ, flagella, cedite:
Vrsi, leones, lamina,
Parcæ recedant stamina.
Negotiales incudes,
Crates, rotæ, virgæ, sudes,
Ignes, hyænæ, tormina,
Cessêre mortis agmina.
Minas acinax voluere,
Securis ictu perdere
Pauet: catena ferrea
En membra soluit enthea.
Ensis refixo vulnere
Nesciuit auram fundere,
Non est domi mens inclyta;
Cælis, amore vendita.

COROLLA VIRGINITATI.

ODE VIII.

QVæ subdialis fortior
Integritatis esculus?

In Vir-

In virginali sanctior
Corpusculo, quis flosculus?
Gemmas decoris implicat
Cor sanctitatis osculum,
Flores pudoris explicat
Mens, puritatis ferculum.
Eluta lacte candicat
Columba non sic, fortibus
Dum fulta petris, fabricat
Nidum sub ipsis cautibus
Cautem, Petramque discite
Cautela vobis ordines,
Est Petra CHRISTVS, crescite
Dictâ sub vmbra virgines.

OCCVPATIO VIRGINALIS.

ODE IX.

INtegritas dos virginis;
Ornatus est silentium;
Quæ summa metri carminis?
IESVS melos canentium.
Stent corda CHRISTO subdita;
Sermo quiescat: intimo
Loquatur ore; perdita
Vsu, loquela pessimo.
Timor probri, conuestiat
Genas rubore viuido;
Spinâ cor aurem sepiat,
Vultum colore pallido.
Manus labori congruat,
Nec planta fallat fractior;
Figuret acu, consuat;
Labore virgo sanctior.
Hæc virginis munimina,

Hæc sunt THERESSÆ munia;
Preces, labores, carmina;
In his recepit OMNIA.

Puritati Angelicæ à CHRISTO; Sponso suo, comparata.

O D E X.

SEd nostra, motus Angela
In carne, nullos pertulit;
Miraris? esto sedula;
CHRISTVS, pudicas occulit.
Cor virginale, nidulus
Mansit pudori: nil fera
Caro; nec orbis stridulus,
Si non valet vis infera.
Contra stygis baccheiæ
Styjum, datur clausus Spei;
Mortis necem falcariæ
Contra, iuuat manus Dei.
Daturne quid sacratius
CHRISTO? quod ille Numinis.
Sit plenitudo; purius
Sponsa quid huius Nominis?

COROLLA DOCTORATVI.

O D E. XI.

MAgistra virgo! surgite
Quot estis arte cælica
Præoccupati: cedite
Phalanx sophorum cepphica;
Mutesce sappho garrula;
Speusippe frugalis tace:
Platonis ora blandula
Sistant; quiesce Pittace.

An Tris-

An Trismegiste mussitas
Coram scabrosa scommata?
Theses pudoris inclytas
Lauda salutis dogmata.
Nugę Pelasgorum, fatæ
Vliginoso Socrate;
Integriori cedite
Arti, Pelasgis abditæ.

MYSTICÆ MAGISTRA THEOLOGIÆ.

ODE XII.

ORATIONIS Regula,
A corde vana pellere,
Hæc vos docebit: virgula
Fumi, Tonanti psallere.
Hæc MANSIONES plurimas
Inuenit intra nos, vbi
Aedes moratur intimas,
Quem forma denotat CVPI.
Se promouente Numine,
Edocta CHRISTVM: doctior
Cunctis Athenis; Nomine
Suo per orbem clarior.
Magistra summo Lumine,
CHRISTVS coronat, credite:
Superstat ipso culmine.
Professa CHRISTVM, discite.

LIBRI QVINQ; QVOS CONSCRIPSERAT, celebrantur.

ODE XIII.

LIbri THERESSÆ gemmulas
Intra gerentes: flammulas

Extra vomentes ; feruidis
Lucerna : fulmen perfidis,
  Lux PATRIS illos Enthea
Dictauit oris indice ;
VERBVM notauit ; aurea
FAX exarauit pollice,
  THERESSA nobis tradidit,
Ibiquè summas condidit
Opes latentis consilî,
Complens amore clusili.
  Hic est polare viuidum
Iter nitore candidum,
Vitalis hic est Spiritus,
DEVSq; liber abditus.

COROLLA PATRIARCHATVS.

Femina, circumdabit virum. Ierem. 31.

SPONSA CHRISTI.

ODE XIV.

NOuo Parens miraculo,
Portenta mundi ! vinculo
CHRISTI virago purior,
Fructu tamen fœcundior.
  Audistis hæc ? lactentium
Non est Parens infantium,
Virente flore germinat,
Suæ Parenti consonat.
  Virgo manet virumpara,
Non præualet vis infera,
Caro, nec orbis fæx mera ;
Adiuta Sponsi dextera.
  Bimater Ordo, duplici
Parente gaudet virgine ?

Veram-

Vtramquè corde simplici,
Colit, canitquè carmine.

Corde concepit, Verbo peperit.

O D E XV.

GRegi fidelis candido,
Persuasit ore feruido,
Vnum tenere pabulum,
Idemquè moris vinculum.
Conclusit vnâ Regiâ
CHRISTO vacare; deuia
Orbis caduci temnere,
Amoris igne crescere.
Seruare vitæ dogmata,
Portare Sponsi stigmata,
Adalligari nemini,
Studere soli Numini.
Quod si probata sanctitas,
Et vniformis CHARITAS,
Mandet iuuare proxima,
Id fiat arte maxima.
Prodire Verbo dinites,
Sepimen extra, milites,
Secunda sit prouisio;
Sit prima, TRINI visio.

Mater in orbe vniuerso.

O D E XVI.

QVi Psittacis, acredulis,
Olim repletus graculis,
Apporigebat horridos
Campos, arenis aridos.
Tanto reductus ordine

Extra vomentes ; feruidis
Lucerna : fulmen perfidis.
Lux PATRIS illos Enthea
Dictauit oris indice :
VERBVM notauit ; aurea
FAX exarauit pollice.
THERESSA nobis tradidit,
Ibiquè summas condidit
Opes latentis consilî,
Complens amore clusili.
Hic est polare viuidum
Iter nitore candidum,
Vitalis hic est Spiritus,
DEVSq; liber abditus.

COROLLA PATRIARCHATVS.

Femina, circumdabit virum. Ierem. 31.

SPONSA CHRISTI.

ODE XIV.

NOuo Parens miraculo,
Portenta mundi ! vinculo
CHRISTI virago purior,
Fructu tamen fœcundior.
Audistis hæc ? lactentium
Non est Parens infantium,
Virente flore germinat,
Suæ Parenti consonat.
Virgo manet virumpara,
Non præualet vis infera,
Caro, nec orbis fæx mera ;
Adiuta Sponsi dextera.
Bimater Ordo, duplici
Parente gaudet virgine ?

Veram-

Vtramquè corde simplici,
Colit, canitquè carmine,

Corde concepit, Verbo peperit.

ODE XV.

GRegi fidelis candido,
Persuasit ore feruido,
Vnum tenere pabulum,
Idemquè moris vinculum.
Conclusit vnâ Regiâ
CHRISTO vacare; deuia
Orbis caduci temnere,
Amoris igne crescere.
Seruare vitæ dogmata,
Portare Sponsi stigmata,
Adalligari nemini,
Studere soli Numini.
Quod si probata sanctitas,
Et vniformis CHARITAS,
Mandet iuuare proxima,
Id fiat arte maxima.
Prodire Verbo diuites,
Sepimen extra, milites,
Secunda sit prouisio;
Sit prima, TRINI visio.

Mater in vrbe Vniuersi.

ODE XVI.

QVi Psittacis, acredulis,
Olim repletus graculis,
Apporigebat horridos
Campos, arenis aridos.
Tanto reductus ordine

Surgit virenti gramine:
Tuo THERESSA planior
Semente crescit comptior.
Iam terra floret PARIA,
CHRISTI micant altaria:
Gens trux ferinis morsibus,
Præstat sacratis moribus.
Aperta vitæ Lectio,
CRVCI dicata portio,
Opima quæ lux indicat,
Trophæa cælo dedicat.
Relatus ardor inuiæ
Vtriquè feruet Indiæ
Sol CHRISTVS, vtra nubila
Pulso, redundat iubilo.
Deumquè corde simplici
Colit, genuquè supplici
Procumbit, igne Torrida
Tellus pudore florida.

Vota quadam Eminentissimorum Cardinalium, aliorumquè Rndiss. Præsulum, desideratam diu Beata ac Seraphica Virginis M. THERESSIÆ, Nostræ Fundatricis; Canonizationem, à Sanctissimo Dno, D. Nostro GREGORIO XV. Pont. Opt. efflagitantium.

VOTVM ET ELOGIVM.

EMINENTISSIMI & REVERENDISSIMI D. FRANCISCI MARIÆ, CARDINALIS DE MONTE.

Diuino Spiritu afflante, opus ne dum femina maius, sed omni viro superius est agressa.

ODE XVII.

CÆli, Soliquè Filia
Cedat Cybelle, millia

Cui

Cui Deorum numina
Finguntur esse germina;
Deos THERESSA veriùs,
Aedi polari sanctiùs
Parit; potens dictamine,
Maior manus quam feminæ.
Pales vocata, pabulum
Dedit Cybelle: ferculum
THERESSA quod fax Charitas
Dapinat atquè sanctitas.
Mater Sacerdotum Rhea,
Furoris & motus rea;
Caput rotare pessimè
Irata mandat Dyndime.
Nihil THERESSA mitius,
Nil est timore firmius;
Optat premi pœnâ truces,
Pati, mori flagrat Cruce.
Ops nuncupata bellica
Isis; THERESSA cælica
Fit Sponsa: cedat Dyndime
Vocationi maximæ.
Montana Vesta, mitibus
Se pronehat leonibus:
Carmelus hanc fert cordibus,
Et eruditis laudibus.

ELOGIVM.

EMINENTISS: ac REVERENDISS:
D. CARDIN: SFORTIÆ.
B. THERESIA à IESV dignissimè inter publica sanctimonia exempla amplissima authoritate proponetur.

ODE XVIII.

IN fructuosa germina,
Mundiquè densa crimina,

Piare flagris tristibus,
Fusisquè docta fletibus.
Crucis recepta vinculo,
Flagella dat corpusculo;
Et virginale ferreâ
Dorsum necabat taureâ.
Contra theses euanidas
Preces diurnat feruidas:
Summo perorat Numini;
Idemquè mandat Ordini.
Et Missiones consilit:
Vt quanta damna detulit,
Lutherus ille perfidus,
Compenset Ordo feruidus.

ELOGIVM.

EMINENTISS. ac REVEREND. D. ALEXANDRI, CARDIN. MONTALTI.

Tafuit B. THERESSIÆ Virginis castissima Christiana pietatis excellentia, ea Fidei sinceritas, & Charitatis ardor; is feruor deuotionis, ea demum, totius Vitæ sanctitas, vt Deus Opt. Charissimam sibi illam fuisse, signis apertissimè declarauerit, & præclara eius intuitu miracula ediderit.

ODE XIX.

VLtranè mortis dogmata
Et execranda scommata
Luthere brute desticas,
Orcique virus explicas?
Morsus latentes infere,
Trifaux furensquè cerbere,
Fundis per orbem fumido
Rictu, trachelo liuido?

Cane

Caue canis cauponium
Os expapilles, orchium
Guttur caue protendere,
Venena fæda spargere.
Aduersus instat, congerit
Fulmen, caputquè conterit
Bellona sacra; famine
Potens vtroquè semine.
Cesset loquax proteruia,
Tibi, tuisquè peruia.
Quod si nefastus vlulat
Bubo, caputquè pullulat?
Quod Charitatis vinculis
Trahi repugnat, Herculis,
Id perdet ensis, Thesbeus
Mucro calore flammeus.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. OCTAVII, CARDIN. BANDINI.

Quæ in Feminis in Sanctarum numerum relatis, priscis Ecclesiæ temporibus admirata est, ea omnia in Vna THERESIA euidentissimè conspicimus.

ODE XX.

INtegritate candida,
Amore Martyr feruida,
Virtute stat censoria,
Absconditorum nuntia.
Hic virginale lilium,
Inuentionum millium
Hic officina, iugibus
Placere CHRISTO laudibus.
Vitâ decens infantili;

Voto

Voto meret mirabili;
Perfectiora factitat,
Iter supremum prensitat.
Plagata cordis practicâ.
Dilectione mysticâ,
Amore prendit Numina,
Vitæquè rumpit stamina.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. ANDREÆ, CARDIN. PERETTI.

Magnam huius mulieris sanctitatem existimandum est, cuius tàm viri, quàm fœminæ imitatores existant.

ODE XXI.

PArens refulsit nobilis.
CHRISTO pudore nubilis;
Parens vetusti germinis,
Bini Bimater Ordinis.
Eluxit astrum cælico
Micans nitore, mystico
Potens fauore; cedite
Matres quot estis inclytæ?
Cedat Talida virgini,
Non est bis amma Germini;
Thaor, Piamun cedite,
Matri recenter excitæ.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. DOMINICI, CARDIN. GIMNASII.

Mulier fortis inuenta est non procul sed propè, etsi procul, quamuis terrena à terrenis.

ODE XXII.

QVæsita longè, Pallade.
Virago fortior; sita.

Vbi serenat Albidæ
Vrbs vocis, armis inclyta;
Vbi Cetratus bellicâ
Manu potens & nauibus,
Præstans phalange classicâ
Nouis coruscat gentibus.
Hîc Thesbiano lumini,
In Sanchianis, blandulus
Stat ædibus viragini,
Nostræ columbæ nidulus.
Demissa cælis, terreo
Specu morari noluit,
In monte, gressus, aureo
Figens, amore ferbuit.
Amore cæli protinus
Aurum nitore percitum,
Splendere cæpit, consonus
Color, iubarquè redditum.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.

D. CAROLI, CARDIN. MADRVTII.

Sanctitate ac Miraculorum gloria floruit.

ODE XXIII.

CÆlum THERESSA, CHARITAS
Sol est, Lucerna puritas,
Vtrâquè dote nobilis
Dolore nullo mobilis.
Miraculis gratis datis,
Virtute gratior satis;
Tellure quantùm floruit,
Tantùm polis resplenduit.

ELO-

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. SCIPIONIS, CARDIN. BVRGESII.

B. THERESSIA, grande cælo decus, Salutare terris præsidium.

ODE XXIV.

IESV decora stemmate,
Cordis manusquè stigmate;
Electa CHRISTI comptior
Amore Sponsa plenior.
Millena ducit agmina,
Hæc explicata carmina,
Agno canunt laudabili,
Choro sonoquè flebili.
Sic æmulatur Angelos,
Perenne dum canit melos,
Cor est fides, Chelis Deus,
Voces amor fert Entheus.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. MAFFÆI, CARDIN. BARBERINI.
post verò VRBANI VIII. Pont. Max.

Decet vt Carmeli gloria efflorescens, in omnes Christiani orbis partes odorem suauissimum diffundat.

ODE XXV.

QVantùm THERESSÆ laudibus
Accessit à virtutibus
Pastoris Illustrissimi,
Et arbitri Sanctissimi.
VRBANVS illam prædicat,

Aras,

Aras, Lyramquè dedicat;
Vrbanitatis optimus
Custos, Paterquè maximus.
Prisci. THERESSA gloria
Montis, decusquè; peruia
Serenat orbis climata,
Fundans vbiquè pegmata.
Cultos odores diffluit,
Probata cunctis alluit
Exempla vitæ; cinnama
Virtutis; oris balsama.

ELOGIVM.

EMINENT. & REVEREND. D. IOANNIS GARZIÆ, CARDIN. MILLINI.

Beata Virginis THERESSIÆ sanctimoniam non nostra tantùm Europa, sed remotissima quoq; nationes admirantur.

ODE XXVI.

PHrix, Cres, Gelo, Marpesius,
Medus, Cylix, Magnesius,
Dacus, Pelasgus, Dalmata,
Et bellicosus Sarmata:
Emporitanus, Cymbrica
Tellus, & alma Bætica;
Te Mexicanus incola,
Et Indiana Bengala:
Gallus, Quadusquè, Perusæ
Latens, tibi non inuia;
Te laudat ardens Affrica,
Te Drangiana persica.
Hyberniæ fert Regio,

Et pristinalis Borneo
Summatra, Magellonica,
Te Marcomannus, & Chica,
Excessit entheus Goam
Profectus, illustrem Stoam
Excessit ardor; gloriâ
Tuâ repletur Pariâ.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. MARCELLI, CARDIN. LANTES.

THERESSIÆ Familia, Christiano cultui tàm arctè mancipata. & in huius saculi nocte tanto cum proximorum fructu laboranti, veluti columna spirans & ignea hactenus illuxit.

ODE XXVII.

RVpisse mundi vinculum
Cordis tenax repagulum,
Gaudete CHRISTI milites
Inter, sacrandi cælites.
Cæli repertus pessulus
Vobis, coegit vinnulus
Quos ordo CHRISTO liberè
Seruire, laudes pendere.
Scyllas, Charybdales notas,
Regis Pharæonis rotas
Vicistis; ardet æquore
Succensa virgo pectore.
Pharos coorta lucida,
Ardet columna feruida,
Lucerna sacræ semitæ,
Viæ patet Dux abditæ.
Siccare lymphas Farfari

Faces

Faces necare tartari,
Lux nata noctes perdere,
Incursiones tollere.

ELOGIVM,

EMINENT. ac REVEREND. D. IOANNIS BAPTISTÆ, CARDIN. LENII.

THERESSIA spectatissima virtutis femina, Angelorum alumna, Euangelicæ vitæ Magistra; miraculorum gloria clarissima.

O. D. E. XXVIII.

THERESSA quid? sanctissima,
Virtute præstantissima:
Vitæ Magistra; dogmata
Accepit inter pneumata.
Progressa cælos, æthera,
Et ipsa vicit sydera:
Stans viribus gymnasticis,
Alumna mente cælicis.
Statu pudoris Angela,
CHRISTI decens Euangela.
Thronus nitore lucidus,
Seraph amore feruidus.
Claustralis innocentiæ,
Et intimæ decentiæ,
Mansit ministra feria,
Miraculorum gloria.

ELOGIUM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. FABRICII, CARDIN. VARALLI.

De THERESSIÆ sanctitate & miraculis non solùm humanum, ipsiusmet CHRISTI habemus testimonium, qui manifesta in luce ei dixit: Ego sum totus tuus, & tu tota mea. *Regnum igitur cælorum possidet THERESSIA, quæ CHRISTVM ipsum possidet Regem cælorum.*

ODE XXIX.

CVi mansio cessit nemus,
VERBI Fidelis prodromus,
Summi IOANNES luminis
Testator immutabilis.
Connubialis aulicus,
CHRISTIque præco publicus,
Is quale testimonium
Dat, vincit illud omnium.
THERESSA, laudes inclytas
Tibi dat ipsa Veritas;
Fert actuum claustralium
Illustre testimonium.
Te quando CHRISTVS prædicat,
Arsisse totis indicat
Sibi medullis, cesserat
Cui totus, in qua manserat.
Cælum THERESSA posside,
Dum cordis arctas apside
Summi Creatorem Poli;
Hic dignus est solus coli.
Cælum virago splendidum
Vocetur, in qua lucidum

Numen

Numen quiescit, optimum
Cæli iubar ter Maximum.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. DOMINICI, CARDIN. RIVAROLLÆ.

THERESSIA Voto Martyr, cælestis Sapientiæ domo Cherub.

ODE XXX.

Dilectionis ignibus
Amor flagellat, sensibus
Illapsus, intimè secat
Vrit medullitùs, necat.
Vitam, cruento vulnere
Amor laborat pellere,
Manumquè clauo ferreo,
Cor igne findit aureo.
Calore corda feruido,
Amor serenat: candido
Nitore stans; dictamine
CHERVB, verendus Numine.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. PHILIPPI, CARDIN. FILONARDI.

Nobilis Virgo, humilis & sublimis.

ODE XXXI.

Cepediani germinis,
Et Sanchiani luminis,
Nouo decore consitus
Clarescit ardor excitus.
Sermone culto vinnula,

Virtutis exlex æmula,
Nil est THERESSA vilius
Nil est eâdem clariùs.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. ROBERTI, CARDIN. VBALDINI.

Prodigia dixerim non miracula, quæ de eius gestis legitimè probata, & ab ipsomet cælesti planè calamo exarata nobis ostendunt. Quod si magnitudo charitatis, mensura est sanctitatis, profectò sanctissima dici debet, si tam fortis fuit dilectio, vt non dissolutionem sui corporis, non effundendi sanguinis desiderium, sed ipsammet operata sit internecionem vis amoris exæstuantis.

ODE XXXII.

INter, manet miracula,
Vitæ, tot annis, vincula,
Nec rupta, cordis intimâ
Dilectione maximâ.
Tulit salutem pluribus,
Miraculosis panibus
Famem fugauit: morbidos
Sanauit; vssit ninguidos.
In mortis actos tormina,
Ad firma traxit limina:
Fecit videre luscitos;
Fecit videri perditos.
Amore scissum corculum,
Gessit quod ara ferculum,
Voto beata traxerat,
Suumquè pectus pauerat.
Portenta plura segnibus,
Non effero sermonibus;

Elibe-

Eliberat fanaticos,
Complet labores mysticos.
Id addo: vultu Numinis
Inusitati luminis
Formata virgo canduit
CHRISTVMq; prorsus induit.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. GABRIELIS, CARDIN. DE TREXO.

Quod si suffragium à me requiratur, ecce vltro offero, vrget enim prædicta virginis vita immaculata, & cum suffragio animum quoq; meum sibi exposcit.

ODE XXXIII.

AMor quid? est mirabilis
Magnes, pudor non mobilis
Chalybs, vigore ferreus,
Virtute prorsus aureus.
Nemo virentem vellere
Quærat pudorem vincere;
Tabesce nemo, fortior
Est igne, caute durior.
Tamen calorem ninguidus,
Nimisquè more languidus
Fugit pudor, si dextera
Carpat, pudori perpera.
Pigrâ manu mollescere,
Mundi foco liquescere
Detractat indomabilis,
Calore cæli fusilis.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.

D. GASP. CARDIN. BORIA.

Inuicti animi exemplum THERESSIA, diuinæ Charitatis viua ac spirans fax; sanctissimorum Dux virorum, muliebris deniq; virtutis culmen.

ODE. XXXIV.

RVat ruat cupressinâ
Tædâ rebellis machina;
Crux, ardor, enses, bestiæ,
Carnis ruant molestiæ.
Morbi, neces, detractio,
Deartuata fractio,
Depressio censoria,
Ruat stygis proteruia:
THERESSA cælo firmior,
Atlante forti fortior,
THERESSA culmen seriæ
Laudis; columna gloriæ.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.

D. GVIDONIS, CARDIN. BENTIVOLI.

Quæ dixit, quæ fecit, quæ scripsit, omnia sunt miraculorum eius velut præconia.

ODE. XXXV.

MAiora vis miracula?
Miraculorum baiula
Sunt gesta matris candidæ,
Libros thesesque posside.
Miranda scripsit, cælitus

Edocta,

Edocta, sparsit insitus
Exempla feruor congrua,
Expleta quæuis ardua.
Cordi notauit Charitas,
Tradit cor ori, sanctitas
In verba facto congruit
Sic pneuma duplex influit.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. PETRI, CARDIN. VALERII.

Mulierem fortem iam inuenimus B. Pater, imò & fortissimam virginem, simul atq; Sponsam & Ancillam CHRISTI THERESSIAM.

ODE XXXVI.

MVndus procella sordida
Mucore denso lurida,
Venena lymphans mollia,
Vomit pericla millia.
Propinat æquor turbidum,
Panem dapinat mucidum;
Marina monstra blandula
Intrudit orci baiula.
Aegyptijs, qui commori,
Non vis, quid? obstes æquori
Et voluptates abdica,
CHRISTO cor amplum dedica.
Contemnito mephiticas
Dapes, tubas auleticas;
Caue meras affanias
Voces paue syrenias.
Cor claude non falcarijs
Tuum rotis, claustrarijs

AM-

Abſconde tutò ſepibus,
Protende ſpinas auribus.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. ITELII FRIDERICI, CARDIN. DE ZOLEREN.

Quod Mardochæo in figura contigiſſe legimus; in THERESSIA verè impletum agnoſcamus. Hoc honore condignus eſt, quemcunq; Rex Regum voluerit honorare.

ODE. XXXVII.

QVis, æſtimamus ambitus,
Decorquè cingat inclytus,
Quæ laus, honorquè publicus?
Dat quem Dynaſtes cælicus.
Virgo, corollâ triplici
Decora; corde ſupplici;
Conſorte CHRISTO ſplendidâ;
In morte, pennâ, candida.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. STEPHANI, CARDIN. PIGNATTELLI.

Hic ſolutis de pedibus calceamentis, inuolucrisq; poſitis carnalium cogitationum, ad CHRISTVM D. accedere concupiuit, & meruit conſilium, ſanctitati Veſtræ nunquam ſatis laudatum.

ODE. XXXVIII.

SIccatus iſte floridus
Carmelus; ignis languidus
Hunc vt tepore diluit,

Vigor

Vigor perinde marcuit.
Humore pauco ſuccidus,
Multûmne ſtabit marcidus?
Non totus ille corruit,
Non omnis ardor aruit.
THERESSA frigus vſtulat,
Amoris vndas poſtulat;
Monti redibit mirrhinus
Odor, decorquè priſtinus.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. LVDOVICII, CARDIN. LVDOVISII.

THERESSIÆ Virginitas, ſponſi omnipotentis nuptias confecit; ſolitudo, Angelorum ſocietatem conciliauit, Paupertas, diuinæ gratiæ diuitias congeſſit, Obedientia, cæleſtis beatitudinis Regna comparauit.

ODE XXXIX.

INtegritas traxit Deum
Sponſum, ſequeſtris, entheum,
Feruor, moratus rupibus,
Cautiſquè clauſus cautibus.
Colona teſquis inuijs,
Cæleſtium conſortijs
Dignata; manſit proſperè
Statu beata paupere,
Sufferre quæuis aſpera,
Subeſſe mente libera
Edocta, digna publicis
Aris, Choriſquè cælicis.

ELO-

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND. D. FRANCISCI, CARDIN. SACRATI.

Septennis CHRISTI Martyr effici concupiuit.

Pro qua in Sanctorum numerum referenda contendunt potentissimi Reges, orant sacri virorum mulierumque cœtus, exposcit vniuersus fere populus Christianus.

ODE XL.

CVrsum recentis temporis
Accede septenarium,
Et mox perosa viuere
Disquire iam siccarium.
Vicit decennes, credite;
Septennis hæc virguncula,
Sexumquè vincit, cedite
Neces, flagella, vincula.
Septennis iuit Affricam,
Magnum latet mysterium:
Possedit anno mystico
Iter saluti peruium.
Sacratur hæc impar nota
Integritatis cycladi:
Virgo vocatur; tessera
Vitæ; dicatur Palladi.
Sunt dona septem, Spiritus,
Perfectionis Regula:
Septem superba diffluì,
Orbis ferunt miracula.
Iustus resurgit septies,
Et septies fert excitas
Quouis die laudes Deo,

Fundit

Fundit preces, nec irritas.
Natalis orbi ſeptimus
Dies: quid illa panibus
Septem, cibata millia?
Nouis id ornant laudibus.
Sigilla ſeptem ſanguine
Agni Ioannes viderat
Frangi: lucerna, tranſili
Septena templo fulſerat.
Fuêre ſeptem Græciæ
Sophi: Quid ille corpore
Gigas comatus, ſeptimo
E crine præſtans robore!
Redintegrantur perditi
Vigore, ſeptem, plaſtico;
Vitæ leguntur redditi,
Sermone vitæ myſtico.
Vltrane ſepteni canam
Laudes? dat ille ſtemmata
Vitæ Futuræ, poſt dies
Sex, poſſidenda Sabbatha.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. MARTII, CARDIN. GOZADINE.

Eximia fuêre virtutes B. THERESSIÆ, & mirabilia quæ dum viueret & poſt eius mortem fecit Deus illius interceſſione.

ODE XLI.

MEnſura ſanctitudinis,
Sacræque claritudinis,
Dilectionis fax meta,
Splendore quamuis poſtera.

Amore

Amore fueuit fanctitas,
Splendore pendi Charitas;
Splendor videre viuidum
Pofcit, patiquè feruidum.

ELOGIVM.

EMINENT. ac REVEREND.
D. HYPPOLITI, CARDIN. ALDOBRANDINI.

Sanctimonia laude, morum grauitate, multis ante & post obitum Patratis miraculis, toti orbi mirificè illuxit.

ODE XLII

SIt quanta morum fuauitas
Probat potens integritas,
Non diffluit corpufculum.
Corruptionis æmulum,
Odore manat mirrhino,
Nitore ftat cryftallino;
Mors nefcit vltra lurida
Mordere, dente, torpida.

ELOGIVM.

REVERENDISSIMI,
D. REIPHOBI FARNESII, PATR. HIEROS.

THERESSIÆ Canonizationi Altißimus dedit vocem fuam.

ODE XLIII.

CHRISTI canon, funt munera
Stupenda; feptenaria
Laudat facrati Pneumatis,
Quæ deftinauit præmia.

Nihill

Nihil deest, vbi Deus
Largo, fluentem dexteram
Auro profundit; plùs capit
Hæc non celat qui perperam.

ELOGIA.

REVERENDISS. D. GALEATII, ARCH. BARII.

THERESSIAM velut absolutissimum sanctitatis exemplar Ecclesia nobis proponit ad imitandum.

REVERENDISS. D. FILIBERTI MILETI, ARCH. TAVRINI.

Solùm viuere cupiebat, vt pro CHRISTO pateretur, & viuendo non aliud ageret, quàm quod perfectius intelligeret.

REVERENDISS. D. DOMINICI MARINI, ARCH. GENNVINII.

Ferè incredibilia sunt quæ ipsa virgo pro Sponsi sui amore, honore & gloria perpessa fuit. Sanctamne huius modi feminam dixerim? imo verò sanctissimam.

REVERENDISS. D. PAVLI ÆMILII PHILONARDI, ARCH. AMALPH.

THERESSIÆ illustrissima sanctitatis nomen.

REVERENDISS. D. ANDREÆ GERBASII, ARCH. LANC.

Admiranda vita Innocentia, cum Deo familiaritas, lux hausta de cælo, res egregiè gesta, miracula in vita, ac post mortem edita.

REVERENDISS. D. LEONISSÆ, ARCH. DE COSNO.

Pia erga Deum, iusta erga proximum, sobria erga semet ipsam.

REVERENDISS. D. ALPHONSI GONZAGÆ ARCH. RHODIEN.

THERESIA Virgo, CHRISTI alloquio, miraculis, prophetico Spiritu, Religiosissimi Ord. fundatione, Virtutum omnium ornamentis admirabilis, lampadis suæ custos acerrima.

ODE XLIV.

PANDORA felicissima,
Omni decora munere;
Splendore lucidissima,
Amore nata crescere.
PATER pudore; lumine
VERBVM, calore SANCTITAS
DEVS; decore quolibet
Compleuit alma TRINITAS.
Produco vobis lilium;
Spectate non carnalium
Florem comarum: feruidus
Flos intus; extra candidus.
Thesim figurat abditam,
Summo Tonanti deditam,
Conto coortam simplici,
Stantem tributo triplici.
Pectus, crocata Charitas!
Corpus niuale, Puritas
Regunt: odor per extimos
Actus, adimplet proximos.

ELOGIA.

REVERENDISS. D. RAPHAELIS INVITIATI Hyac. & Eepall.

B. THERESIA à terrenis animi cogitationibus fidei & puritati aduersis nunquam aut læsa, aut afflicta, aut leuiter tacta. Octodecim annis summa Spiritus oppressa ariditate non aruit, imò annuit & arrisit, & magis arescere concu-

concupiuit, purior enim ignis in arido, vt tantò puriores hauriret diuini amoris flammas, quanto magis aruisset. &c. Licet enim è vita excesserit ægra in lecto decumbens, mortua tamen est (vt ipsamet reuelauit post obitum,) non infirmitate corporis, sed vulnere Charitatis.

REVERENDISS. D. IVLII SANDESONII GROSSETI, SENEN. EP.

Primæuum Carmelitarum rigoris institutum restituit, & vrgente diuini amoris incendio vitâ excessit.

ODE XLV.

AManit ohe plurimùm !
 Dilectionis maximum
Mors clangit æstum ; creditis
Quotquot cor vstum cernitis.
 Vrnâ cor abdi nescium,
Selo pudori peruium
Crystalla rumpit splendida,
Tanto calore languida.
 Quod sic amauit compati ;
Parumne debuit Pati ?
Amor figuret termina,
Quibus tenentur Numina.

ELOGIA.

REVEREDISS. D. ALEXANDRI CACCIÆ, EP. PISTORIEN.

B. V. THERESSIÆ adeo sitibunda martyrij, vt eius præclara gesta diuino fauore meruerint miraculorum gloria illustrari.

REVERENDISS. D. MARINI GEORGII, EP. BRIXIÆ.

B. THERESSIÆ virginalis integritas, singularis eius innocentia ; mentis à sensibus corporis, in cælestibus mysterijs con-

contemplandis alienatio, diuina quadam rerum futurarum atq; arcanarum cognitio, sui deniq; elucet despicientia.

REVERENDISS. D. BERLINGERII GESSI, EP. Arimen. Gubern. Romæ.

Virile aggressa facinus; Religiosorum virorumq; familia legibus datis, celeberrima decessit.

REVERENDISS. D. IACOBI GORIÆ, EP. VERCELL.

Virgo sterilis peperit plurimos.

REVERENDISS. D. COSMI DARDI, EP. Carpenchoract.

Vna de numero prudentium, adstitit à dextris Sponsi in vestitu deaurato, circumdata varietate.

REVERENDISS. D. SEBASTIANI BVTHILLERII, EP. ADVRICEN.

Collapsam vita monastica disciplinam restituit.

ODE XLVI.

SEnes vigore, virgines
Pudore stare, discite;
Exempla vobis ordines
Hæc instituta credite.
Prolem parens virtutibus
Lactare; discant Filij
Morem suis Parentibus
Deferre, nî sint impij.
Omnis status, quotquot petis
Virtutis exemplaria;
Docet Fides, amor mouet;
Spes possidet, precaria.

REVERENDISS D. OCTAVII MANCINI, EP. CABELL.

Glorificetur Deus in Sanctis suis qui est corona Sanctorum, deniq;

deniq; fremant & tabescant hæretici; Vigeat pontificia authoritas.

REVERENDISS. D. PETRI FRAN. EP. NICIEN.

Lampadem suam lucidi fidei ellychnio, Sanctarumq; actionum refertam, nec non Virtutum floribus ornatam ita portauit, Vt nunquam Vel Spiritualis pabuli defectu, Vel huius sæculi Ventorum procellis extinctã ingemuerit.

REVERENDISS. D. FRANCISCI MVTINI, EP. BRVGNATI.

Perspicuis meritis mirabilis extitit in terris.

ODE XLVII.

CRuci diurnat, morbidos
Dies peroptat viuere;
Vitæ parentat, nonne sic
Vitam perennat ARBORE.
Morbi, salus; Crux, lectulus;
Quies, labor; tyrannica
Mors, vita; daps mendicitas;
Potus, sitis famelica.
Perasperis incommodis,
Dolore vixit firmius:
Infirma totum præstitit,
Quidquid fuit perfectius.

REVERENDISS. D. CAROLI EP. BALNEOR.

Carmelum in Spiritu Eliæ restituit, per igneam charitatem demum cælo est inuecta.

REVERENDISS. D. HIERONYMI De BVTEO, EP. MARIAN.

Domus Dei, quæ Ecclesia Romana est, repleta est odore suauissimo, qui ex Virtutibus, castissimis moribus, & Vitæ anno-

innocentissimâ Beatæ Virginis THERESSIÆ diffusus est.

REVERENDISS. D. ANTONII ALBERGATI, EP. Vigiliarum.

Cum fecerit & docuerit; magna iure merito vocanda est in Regno cælorum.

ODE XLVIII.

Reges perorant, seruiunt
Laudi potentes; hosticus
Olim: ciere nunc decus
Conspirat orbis cosmicus.
Toto micantem sidere
Cæli tenentem cardines,
Intra referri cælites,
Sacri cooptant Ordines.
Vitæ coronant munia,
Sponsam polaris culminis
Arisque dignam prædicant
Bini Parentem Germinis.



F. ELI-

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

LIBER EPODON.

DIVO LVDOVICO IX. CHRISTIANISSIMO *pariterq;* PIISSIMO REGI FRANCIÆ,

Ordinis Carmelitici Promotori, qui Primus in Europam Carmelum induxerat, excitato ei Lugduni Monasterio.

ODE I.

FElix illa dies, vaſtum celebranda per orbem,
Peculiare qua polis iubar ſatum.
REX LVDOVICVS amor Gallorum, gloria Regum,
Deoſculatus optimis Parentibus.
Cum primùm vitalis eum ſuper attrahit aura,
Tenerrimum refulget orbe gaudium.
Hunc fora paccatum, bellantem caſtra timebant;
Amore traxerat colonus integer.
Ponderibus penſare celer, qui munia certis;
Subeſſe tempori, ſuperquè tempora
Stans animo feruente, dies complebat honore,
Deiquè gloriâ, decore publico.
Miles erat Fidei; poſitis, quoquè fulſerat armis;
Amore prouolante, pace candidâ.
Munera dicta vouet CHRISTO didiciſſe Magiſtro,
Superna proſequi, caduca temnere.
CARMELVM tellure ſacrâ, promouit in oras
Domeſticas, vbi regebat Arbiter.
LVGDVNI deſignat ei memorabile tegmen,
Manuquè regiâ leuat dapaticè,

His mi-

His micuit completa bono, sine crimine, CHRISTO
Dicata mens. Io parate lauream.
Tu LVDOVICE meis venerabilis annue votis,
Canentibus perenne vatibus decus.
Contulit innumeras intra tua pectora dotes,
Deus, imbua sacro calore pectora.

SEREN: atq; FLORENTISS: VENETIARVM REIPVB. CARMELI PROMOTRICI.

Ipse super maria fundauit eum. Psal. 23.

O D E II.

HVc vbi flexibili subnatat scena liquore,
Melpomene properat.
Immotum virtute statum celebrare sonoris
Laudibus, & numeris
Aequoreæ pietatis aquas, vbi RIVVS OLIVÆ
Pingitur; amplifico:
Quid priùs admoduler? vario conspersus honore
Ambiguus titubo.
Me mare lintre monet, quanto deuota CIANVS
Præmia prætulerat.
Munus ALEXANDRI, rutilat sacer anulus, vndas
Copulat HENETIIS
Sponsa tremens; immota viri constantia; summus
Sic vigil instituit.
Ascendente Deo, prisci renouantur amores;
Pontifus amor fuerat:
Nunc leni subnixus aquâ, profertur in omne
Aequor inexplicitum.
Iam Radagusiacum quod Gotthia robur inussit,
Non Alarice tuum
VRBS trepidat flagrum; turgescens Attila vires
Expedit inualidas.

Sub Io-

Sub Iouis aſpectu felix oriente Sagittâ,
Qua Capricornus alit
Cornua : belligeris acceſſit Aquarius vndis;
His manet orta notis.
Aprilis, natalis erat, quo texuit orbes
Dextera ſumma Dei.
Octo Calendarum numero celebrata quadrato,
Caſibus haud metuit.
Proſpera bella, triumphatus, comitata trophæis,
Relligione Fide.
Normannos domuit; Ptolomaida, Creta, Pipinus
Robur id amplificant.
Byzantina dolet toties proſtrata vigore
Terra calorifico.
Non eadem bello, plures fortuna fefellit
Fallere docta leues.
Hanc virtute lego, ſuperantem prælia; cæca
Quam Dea non operit.
Hæc ferrum, quod fata iubent, perferre parata
Stat grauitate ſua.
Naualis reuocata premit victoria Thracas,
Adria rurſus ouat.
PALMA triumphali, mundo reſerata tenore;
Prælia, pace canit.
Congruit hic & iuſta fides, Conſuſquè fideli
Ingenio rutilat,
Iuſtitiam quiſquis fidei coniungit, hic obſtat
Caſibus indomitis.
Magna peracta manet pars belli, dum mouet æqua
Claſſica, recta Themis.
Libertas, animuſquè malâ ferrugine purus,
Plenior eſt numero.
Sceptrorum vis tota perit, ſymmetria nulla,
Mens vbi diſparilis.

Anti-

Anticipare malum; Sapientia! nosse tyrannos:
Vita sit harmonica.
Est pietas, hostile datum contemnere robur,
(Sic legis) obtulerat
Thrax vires; alter Tristânus pendere Bembo
Proditione parat;
Fraus contempta: dolo nesciuit crescere virtus;
Officiosa bonis.
Sunt bene qui meriti; sidorum commoda cultrix;
Mater honorifica.
Hæreticis inimica; ferox erroribus; aula
Hospitibus licitis.
Consilijs taciturna; petito fœdere constans;
Legibus arcta suis.
Purpureis quâquam celebrata coloribus olim,
Castra Theressiaca
Virgineis consulta choris, iuuat; ipsa virago
Integritate sua est.
Nullâ oppressa manu; quouis haud robore tracta
Conditione suâ
Graculus hîc pacto quondam conuentus amico.
Exspatiatus aquis.
Nunc fulget melior conuentio facta columbæ;
Eminet arca, super.
Noscitur obseruasse senes; Antiquius hocce
Ordine quid? patuit
Esse perantiquis cretus genitoribus, olli
Virgo MARIA parens.
HELIAS cultor, primæuæ gloria gentis,
Thesbius ipse decor.
Hanc habitare negant quemuis nisi liber, honestus,
Vir sit, & innocuus.
Hinc fuit, electis nunquam popularibus orta
Seditio Venetis,

Mater

Mater honestatis cultrix, liberrima CHRISTI
Sponsa, quietis amans:
Et postquam specie Sponsi decoratur amica,
Ipsa virago, vir est.
Altera nunc vobis, id spero MARVLLA futura,
Hanc decet en clypeus:
Et patrius Thesbite sacro celeberrimus ensis.
Mœnia Coccinea
Hostili maduere (ferunt) conspersa cruore;
Virginis icta manu
Hydra perit; Ludos placeat reuocare MARIÆ
Virgineisque choris
Conciliare polos: Dum fernet OLIVOLA, nunquã
Lampada deficient.

Facta Mitigatarum superior, Imaginem DEIPARÆ loco suo praeposuit.

ODE III.

APporriget soluta forte laxitas leue
Caput, lacesset ordinem?
Absit! locato stet meo loco, steti
Cuius tremens ego loco.
Exemplar obuians, imago practicæ
Perfectioni fulgeat.
Lucerna feruens, & color tenax meis,
Et ansa stet sororibus.
Pudoris illa vultui dabit sacram
Conchyle vincens purpuram.
Compassionis cæsiam ferruginem
Sparget gementi pectori.
Pinget rubentes, azymi, dilucidis,
Rosas amoris, mentibus.
Integritatis lilietum; ceream
Subiectionis cycladem.

Timere

Timere discat sacrosanctum candidus
Ordo Propheticus typum.
Sciensquè sanctitudinis vicariam,
Si quid sibi desit, sciat.
Contentiosus cordis hispidi thorus,
Paci, nitori congruat.
Hac interim resumptione firmior
Spei resurget anchora.
Consurget ardor Charitatis, integræ
Decus, vigorquè Regulæ.

PALINODIA.

Ad IOANNIS KOCHANOVII lib. I. ODAM IV.

Vulnerasti cor meum. Cant. 4.

ODE IV.

EXpectorauerat quo igne cælico
Meum cor expugnabile,
Telum, quod inter arserat præcordia,
Tu quale, quæras? aureum;
Et absquè noxa fulserat sacro stylo,
Amore tractum feruido:
Cremante plagâ me necans fax cærhea;
In corde si quis antea
Dolor latebat, hunc fugans, pectus meum
Quiete discapedinat.
Cruentat ima pectoris, nullus tamen
Cruoris enatat rubor.
Dolor medetur vulneri, stant flumina:
Spirant amoris flamina.
Mori, cupitâ morte vetans, viuere
Donat sacrato vulnere.
Falaricam supporto, nullum tædium:
Versatur ædium Poli

In corde Cardo, flexili quietior
Aurâ coluris ocyor.
Telum fidele, vota protrahit super,
Flammâ cor almâ diluit.
Seruire non est seruitus: ni seruiat
Ingratitudo perperàm.
Contemptui quisquis stat obsequi, mera
Hæc est, grauisquè seruitus.
Tu dicta cæli Charitas, grates habe,
Serui coarctamur tibi.
Tu nos laboris anxio leua iugo
Et seruitute perdita.
Perfectione da potiri libera;
Imo precamur liberam
Non esse, non seruire porrò cælicæ
Dilectioni respuo.
Audite! cogi postulamus aurea
Nos contrahat necessitas.
Da velle, quale donat æuiternitas,
Tuusquè vultus parturit,
Perenne IESV velle; pulchritudinem
Ipsumquè vincens gaudium.

Explanatio in Cant. Cantic. iussu cuiusdam Confeßarij conscripta, alterius mandato ad ignem destinatur, fragmentum remanserat, per filiam S. M. præreptum ab incendio.

Cælestis Amoris querimonia.

O D E V.

AVres meas tenerrimus quatit lessus,
Luctus gementis pusionis offocat
Pectus meum, voces feruntur elisæ:
Quem corde liuor parturit pruinoso,
Tumultuosiis reprehenditur feruor.

Ego peracta sic, propinquiùs flecto
Aurem coercitam, sonosquè mentales
Ausculto, voce delicatulâ sparsos.
Dilectionis eiulantis omnino
Agnosco luctuum tonos inæquales
Exinde porrò, quod mihi perattentæ
Inhæsit hæc medullitùs reclamantis
Imago vocis, corquè commalassauit.
Præbens amori dexteram reuellendo
Exulcerato protinus feror corde,
Exosculansquè, sic & alloquor tristem.
Fumante naso, corde semiperfectus,
Quis heu! nupernam mentis antelucanæ
Prolem, iubarquè cordis elaborati,
Orbis lucernam, semicrudus, exanguis,
Prorsusquè brutus, ignibus profanatis
Dilectionem tradidit verecundam?
Sic pusioni sum locuta lugubri;
At ille, fronte circumassus, abnutans,
Caput genasquè sideratus; ignitâ
Palmâ labellum semimortuum firmans,
Hæc mente fatus est simul recollectâ,
Distorta mentis æquitas, inurbanè
Adiudicauerat foco sacram prolem.
Quid sum? quid illi? non ego venenosus
Puer proteruus Cypridis vagabundæ,
Cupido deses, otio requisitus:
Per visionem qui solet profanantem,
Nutus asotos, perquè verba lasciua,
Sermone, corda deuocare delusa,
Plagâ necare deprehensa, mortali:
Ego superno germinalis in prato,
Inter pudica lilieta disquiro
Lac, aureumquè pabulum, fauos mellis.
Me lacte mentis integræ dapinari;

Fauo.

Fauoquè cordis, charitate feruentis
Nesciuit ille, qui sacram cauillatur,
Sermonis imperitus aurei, linguam
Ast nec doceri postulat niger momus.
Hic me dissertis audiat meis verbis,
Putabit ille barbarum coaxare,
Scytamquè labro desticare deformi.
Pertractus vsque sensibus caballinis,
Hæc ipse sensit, os fugit caballinum.
Sic est, cruore pastus est equi, crudæ
Mæotidis colonus, & cibo est rodus.
Super polari pane mussitabundus,
Ab ore Sacratissimum vomens MANHV;
Apella raucus allium catillabat.
Sacrante nil magis sacratius lympha,
Meroquè sancti Spiritus repentino.
Iudæa quid? peracta Spiritu toruo,
Mustoquè culpæ durimens, tot elingui
Madere morte censuit, quot vbertim
Madore vitæ cælitus perorabant.
In vniuersum conscientiæ cassa,
Locutionis mysticæ subignara,
Mens imbecillis arbitram leuem gessit.
Egisse læuam rectius pyram disce:
Præsentiæ meæ rogus creber parcit,
Vt innocentis hîc amoris agnouit
Sedem, iubarquè concoqui: recusauit
Ignes, & vltra non ijt; deustorem
Tædis ferociorem, inauguro tædis.

Pone me vt signaculum super cor tuum. **Cant. 8.**
Signaculum sagitta Seraphica.

ODE VI.

VT nulla cordis actio claustraria
Orbi procaci seruiat,

Te CHRISTE nostro, pono secretorium
Signum; laboris arbitrum.
Quid ille? conspicatus id vel eminus,
Visu proteruior suo:
Ferociâ cadet, nec audebit sacrum
Conclaue cordis tangere.
Quanti reus piaculi foret, Dei
Læsâ scelestus gloria!
Signaculum demitigare gestiat?
Perit nefasto crimine.
Petulca nec sibi facis quidquam caro
Ab igne fluxo spondeat.
Nec orcus ore fætido subingerat
Virus, latro cinædicus.
Arundo, tedam; crispulum gerit stylum;
Ferrumque vibrat feruidum.
Carni pluit tædam; stylo frangit stygem:
Mundum grauem ferro domat.
Sagitta pectus munijt, manans calor
Victis triumphat hostibus.
Signaculum plagâ patet dilucidâ,
Intra Deus reconditus
Spargit reflexum lumen; orcum dissita
Hæc tela decacuminant.
Vbi Deus patente mentis ianua
Toto moratur pectore,
Non audet illex orbis ambulatiles
Ibi tenere coclydes.
Vide! quieti consulens, amplam suo
Excepit aulam stemmate.

Quale

Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video. Tob. 5.

Cordis iubilum vulnerati.

ODE VII.

HEû tædioso quale cordi gaudium,
Mandas amator cordium?
Lætetur! hostis quod caro, tenebricis
Amicijt præcordijs.
Lygæa costarum trahunt seracula,
Et alligant intrinsecus,
Humantque terrâ corporali serij;
Amoris intimum thronum.
Quid ille? prorsus erubescit lurido
Circumplicari carcere.
Hinc applicata dum nequit repagula
Disterminare, cernuat.
Mærore squallet! heu fenestrari gemit,
Cœli potiri lampade
Splendore lustror; vera sic (ait) mihi
Nascentur orta gaudia.
Cor hæc pudicæ virginis, propheticâ
Fudit loquelâ consonum.
Potens inoris vocibus: simul sacrâ
Pectus cauans arundine
Clarauit in Sponsus falaricâ suâ.
Hæc mille iecit gaudia.
Sed vstulato quis foret cordi status?
Os, gratis ampullario
Fastu rotaret; mente præcidaneâ
Quod non valet prehendere.
Hæc ipsa nobis particeps quorum manet
Enarret incunctabilis.
Trinunitatem prædicat, summas ibi
Opes aceruat pectori.

Suum per Esse Gratiam ſtantem colit,
Adorat Esse maximum.
Commune PATRI, FILIOque; gloriâ
Pari, profuſum Compari.
Imago Patris toticeps Eſſentiæ:
Nati, Patriſquè Spiritus:
Perfectionis; Æquitatis; Gloriæ;
Benignitatis; Gratiæ;
Agnitionis, veritatis, luminis,
Virtutis; & Potentiæ.
Communitas hîc ſumma: fert Fæcunditas
Binos, ad intra, terminos.
Paterna mens vnum parit; reciproco
Procedit alter Spiritu.
Solo referri terminantur æmulo,
Stant vnitate cæterùm.
Spiratur oris halitu, ſed vnico,
Vtriſquè collactaneus.
Spirata fax, amoris feruentiſſimi
Identitas eſt intima:
Eadem per omne, ſola quam præferuida
Diſcriminat Relatio.
Hoc indipiſcitur iubar quiſquis; calor
Tanto ſequetur lumine.
Calore feruefactus eſt quis? arbiter
Eam feret ſententiam
Non poſſe tanta, totquè conticeſcere
Linguam calentem gaudia.
Tacere neſcit; non loqui coarguit,
Stupore preſſa maximo.
Silentium decet; mox dedecet; nil interim
Tanto fauori congruet?
Heu! erubeſcat lingua, mens impar, ſacro
Enarret id cor iubilo.

Vrticis necabat corpusculum B. V. THERESSA.

Acalyphe de genere vrticarum flore ceruleo, nolam figurante, insons tactui, loquens inducitur.

ODE VIII.

SAcro THERESSA martialis impetu,
Complexione diffluens tenerrima,
Necabat vrticâ graui corpusculum.
Hæc ingrauescens dente duriusculo,
Persensit illic Innocentiæ thronum.
Hunc expauescens, abnuebat anxia
Quibus petebat corpus ægrum, verbera.
Non, inquit, armo spiculum versatile,
Telumquê contra posse, credo, nil meum.
Hêu liliari carne qui manet pudor,
Dentes proteruos auferet meos mihi;
Et me procacem viperinis morsibus,
Qua stat, rependet, puritate mortuam.
Locuta sic, inanis herba; protinus
Inermis est: priuata dentibus suis,
Passim nociuâ destituta cuspide,
Crescit colore siderali, cærula;
Incedit inter, innocens flores probos,
In floruIentis vallibus deambulat,
Illex theristro cernuat cyaneo.
Nolam figurat plurimo thoreumate:
Vocalis, insono sono debuccinat.
Color polaris, vocis est expers sonus;
Tinnitus orâ strangulatur herbidâ:
Emortualis facta, prorsus altera.
Quod si vel ante quis velit demortuam?
Contentiosâ non eo sententiâ;
Concedo, paci promptior multisciæ,
Tamen feram victoriam, sic autumo:
Affligit vrticis feris corpus gemens

Quis

Quid his repræſentet Magiſtra virginum?
Agnouit inter hæc decens quoddam genus,
Vt quod nocere, morte preſſum, neſciat;
Illius exemplo docet corpus mori.

Nemini ſe, ſuumq; amorem Deus denegat, modò ad eum animus bene præparetur, omnibus viribus quæratur, & in quærendo perſiſtatur: S. Mr. c. 11. vitæ ſuæ.

O D E IX.

AB arce, motus qui Sionis abſono
Viuus relaxatur lapis,
Hic virginali deliteſcens viſcere,
Amore mollitur ſuo.
Inſonte carne corporari præferens,
Dilectione mollior
Immenſus intra; terminari neſciens,
Recepit extra terminum.
Ergo figurari Deus naſcens homo,
Dum iungit vtra; poſtulat
Hem! qua figura dignius? magneticam
Vim Charitati contulit.
Terreſtre iungens cælico palatium,
Sphærâ notari noluit.
Iungendus exter orbis eſt volubilis,
Quadrata ſedes cælica
Concordialis inter hæc Homo Deus,
Communionis Arbiter.
Incomprehenſâ perſpicax Eſſentiâ,
Centrum capax globo ſine:
Vbiquè fuſum diſce, quodquè conferat
Omni loco præſentiam.
Abſconditam circumferentiam tamen
Nuſquam patens, non contrahat.

Abdidit

Abdit coercitum suæ formæ globum,
Amator extat vinculi:
Fundamen vtrum nactus, exprimit cubum,
Lapis fit angularius.
Intercalatus orbibus, labentia,
Caduca prorsus erigit.
Depressa firmat, schisma vincit æmulum,
Id vnione dissipat.
Quidquid repugnauit sibi, vicit sine
Armis, tumultibus sine.
Chalybs perinfamis Deo, vel prælium,
Odit procellas pectoris.
Inermis auctor pacis, aspernabiles
Motus quiete distrahit.
Ecclesiam cognosce, quid sit? Horreum;
Ligamen alma Charitas:
Poscit ligari triticum, zizania
Diuentilari proruunt.
Mens triticum ligata pacis tæniâ;
Ignes arista nutriet.
Vt quæ ligari noluit, dum viueret;
In morte stringitur styge.
Structura CHRISTI noscimur, quosquos amor
Nexu coegit vnico.
Non ergo sola comprehendat pectora,
Extemporalis mansio:
Æterna iungat insuper cor vnitas,
Sentire claudat vnicum:
Motiua plura neu petamus; intimè
Habentur: vnus, omnia.
Homo coarctato gerit compendio,
Id vniuersum stat quoto.
Deusquè iunctus terreis, Hypostasi
Stetit ligatus vnicâ.

Quia

Quia vel nimis multùm, vel nimis parùm proximum diligimus, hinc est, quod vera Charitatis præcepto nunquam perfectè obtemperamus. S Mr. c. 4. vitæ Perf.

ODE X.

LYram verecundo fluentem cantico
Tango sodalibus meis.
Celeste carmen, quale virginaria
Proles amœnauit Deus.
Melos voluptatis, quod ornans dramate
CHRISTVM sequax canit Chorus.
Psallit fidibus amoris, indelebili
Symmetria fidelibus.
Testudo pectus, pecten est amor; fides
Verbi beata visio.
Conformis hâc tonus, perargutam celer
Consurgit in laudem Dei:
O quàm bonus locupletans nos lumine,
Meroquè complens nectare.
Mentem deaurat sole diuinissimo,
Amore cor inaugurat.
Nos hæc sodali mente cæli culmina
Super micantes; vos humi
Cantu fideli, militantis reddite
Epos merens Ecclesiæ.
Tanto litate iubilo frequentiùs.
Bonum sit & quàm prosperum,
Fraternitatis alligari vinculo,
Solamquè non domum sequi:
Communione moris vnius trahi,
Sibiquè cor impendere.
Mandauit his labi Deus charismata
Torrente septenario.

Manare

Manare Charitate sanctitudinem,
Vitamquè viuacissimam.
Vnguenta cælo recipit labentia
Primò caput vicarium.
Mox & subactam proluunt barbam; dein
Toto liquescunt corpore.
Et ora vestium fluit malagmate,
Tot sunt odoris agmina.
Posthac in vnistirpium præcordia
Philtrum voluntatis bonæ
Descendit; vt pari cor ascendat gradu
Charisma quanto fluxerat.

Paruitati aut magnitudini amoris, quo boni nostri IESV vitam imitati fuerimus, respondebunt habitacula & mansiones, quæ nobis in cælo conferuntur.
S. M. Th. lib. Fund. c. 3.

ODE XI.

Considerastis Architectum creditæ
Qui Solimæ, typicâ
Trullâ fit indeses faber.
Nunc iam superna prostat hîc occasio
Mœnia pacificæ
Constructionis discere.
Culmen leuatur maximè, superuago
Permeat astra stylo
Deumquè tangit intimè.
Nobis iuuari practico ferentibus
Auxilium facile,
Egerminat quoduis opus.
Examinate colligati corporis,
Munia prompta : pedi
Visus labanti prospicit.

Motus,

Motus, vicissim subtrahit periculo
Pes oculum: citimâ
Defensione dextera
Vtrumquè seruat; auris explorat vigil;
Lingua fluentisono
Fraudes flagellat impetu.
Quid mens? futura prospicit; totum supra
Incubat ambiguum
Corpus; malumquè præcauet.
Væ dissolutæ vinculo scopæ, focum
Nutriet, exilica
Palatijs regalibus.
Dilectus inter sacra commorabitur
Vbera fasciculus;
Odor probatus Numini.
Amita, bellè pax olet Deo, cui
Turbine mistâ caro
Lutum fit execrabile.

Quisquis perfectum CHRISTI amorem adipisci desiderat, ipsum vt per viam obedientiæ sequatur oportet; cum ipse ad mortem vsq; obediens fuerit. S. M. Th. c. 5. lib. Fund.

O. D. E. XII.

DIuisioni vera mater obstitit
Ne defetiscat vnicus.
Ab ense liber, lena dum famelicæ
Instar leenæ proruit.
Partem dolosè postulat, suæ nequam
Incuriæ solatium.
Natiua mater noluit compaginem,
Sui, necari filij:
Concedit ægrè, fert tamen tenerrimæ
Absentiam prolis suæ.

Nexu

Nexu hæc diurnat integro sic, & necii
Abrepta præsentaneæ.
Decenter ista mollis indecens parens:
Pubem recepit vnicam.
Integritate contigit maternitas,
Cuique partus purior:
Inaugurata Mater & virgo, sacrâ
Fæcunditate prædita
Interfecari perferet corpus merâ
Integritate præditum ?
Quin inualescet Charitate, qua morii
Exæstuauit, vincere.
Florum corollam virgo dilectissimo
Sponso, Deoque nexuit.
Huc spectat omnis, quisquis insecabilem
Pacem fragrat flos alteri.
Inter cohærens intimo qui pectore,
Sphærâ ligatur aureâ.

Vulnus & medela Diuinæ Charitatis.

Allusio fit ad igneam Seraphicam lanceam, & ad SS. Eucharistiam, dum ab altari miraculosè ad Virginem conuolat.

ODE XIII.

QVi lancinauerat cor igneo stylo
Idem propinauit toreuma cælicum
Grato, medelam vulneri parauerat,
Malagma cordi feruido præfinijt.
Achillis optat haud falaricam leuem,
Hoc missili, sacro calore feruido
Pectus iuuatur, vulneratum lancea
Adinuicem vulnus moratur & salus.
VERBVM Deus vitæ pugillat acumine,
AMOR Deus plagæ medetur intimæ.

Splendore CHRISTVS; Charitate SPIRITVS;
Collustrat hic mentem; cor ille concremat.
Medicus alius, aliud tamen non est; vtro
Successerat negotium reciprocum.
Cædens, medensquè compari compar Deus.
AMOR Deus findit cor; id VERBVM Deus,
Vt portet, ore suasit oratorio.
Lux commalassat, fax imaginem dicat.
Causamquè virgo nesciat plagæ sacræ,
Vestes amicit non suas VERBVM latens.
Ignis tamen tectus magis recanduit.
Vmbrasquè sol post æmulas, fit lætior.
Lux orta cordi, prodidit VERBVM latens.
Quod stent eâdem dexterâ fortes, pares:
Par plaga, Charitasquè par VERBO, refert.

In gratiam Eruditorum, in Vinea CHRISTI laborantium; Contra inuidos ac torpentes zoilos.

ODE XIV.

VIci labores Herculis, restat labor
Liuore munitissimus
Hydram prehendo, comprimo feram face,
Caput renatum demeto.
Iam reprehensus furor, ingruit tamen,
Rubigo dentes excitat.
Turpi peresa felle liuent pectora:
Venena labrum dissipant.
Sed interim dolore si quis cernuat,
Hic ridet in dispendium:
Carpensquè, pœnâ carpitur non vltimâ
Letale dum crescit ictur.
Sitit? cruore perluet leuem gulam;
Pascetur igne visceris.

Iam

Iam nec remissis parcet ossibus; reo
Rictu medullas ebibet.
Pallor colorauit genas, vultu sedet
Immane monstrum toruitas.
Suspirat; optimis gemit successibus:
Doloris artifex sui:
Erinnis ignes excitat, chyronia
Hos cura non emolliet.
Quidquid boni præsentiat, siccaneo
Cordi, bonum fit carnifex.
O dura sors! exasperat malignitas
Pœnalitates intimas.
CHRISTVM sacerdotes necant, fanatici
Feruoris æstro conciti:
Liuor sacerdotalis obruit Salem
Reosque mystas perdidit
Saulus nequam carbunculatus intime,
Probanda dum premit, perit.
Oraculo coæstimatus, omnium
Mortalium prudentior:
Fit stultus æmulatione Socrates,
Hæc innocentem perdidit.
Romanus alter Socrates Cato, pari
Petitus æstro pluries.
En septies, vltra quadragies reus,
Vocatus, & nunquam reus.
Cautela vix, & innocens prodest status,
Dum dissipat calumnias.
Rachel odit sororiam propaginem,
Fæcunditate marcuit;
Quod fructibus non polleat tricesimis,
Mori minatur inuida.
Sorex mineruialis venustatis, rudis
Caius Camænarum latro:

Opus Maronis, effocare Liuium,
Cantus Homeri gestijt.
Ei comatus obuiet quisquam, redit
Tonso minor cacumine.
Liuore Cincinnatus amisit comas;
Torquatus aureum decus.
Pompeius Caio premente discrepat,
Magno fit impar nomini.
Illustrium latè virorum corruunt
Campo columnæ Martio.
Periclitatur, Marte Perdiccas potens;
Inuisa Regi gloria.
Exosa militis Duci potentia;
Ignauiam zelus ferit.
Seleucus altâ mente famosissimus;
Macedonis enecat iecur:
Imperiosæ dignitatis Attalus,
Præstans, eundem distrahit.
Quidquid boni, sancti, perutilis eluat,
Id impetit socordia.
Diuos sit inter, Bassiane vis? erit
Viuus modò non sit Geta.
Erugo mentis liuor est; Rex inferi,
Ei soror discordia.
Virtutis osor, dùm viget virtus; dolet
Sublata postquam cesserat.
Maturitati deligatur cantharis,
Rosisquè iam florentibus:
Rosæ tamen suo vigore pullulant
Vermes putrescant interim.
Sardoa lex damnabat otium graue;
Examinabat Næuius.
Humoribus graues vetat pisces Deo
Antiqua lex dependere.

F. ELISEI

F. ELISEI à S. MARIA CARM. DISCALC.

EPIGRAMMATVM LIBER PRIMVS.

I.

Per fossores quosdam (erant hi sancti Angeli, thesauros in eo loco inquirentes. Sbi Professionem emisit.) Natiuitas Diuæ Theressiæ prædicta fuerat.

Theressia tota mea es, & ego totus tuus. *Verba Christi.*

QVem Pater immensa thesaurum luce profundit,
Immensâ qui stat mente, decore, bono.
Sic lectam Christus compellat Sponsus amicam;
Es mea tota, Deus sum tibi totus ego.
Auditisnè sacri Fossores? ferte quod isto,
Fossile vos aliud ditiùs, oro, manet?

II.

Caput eius aurum optimum; manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis; crura eius columnæ marmoreæ. Cant. 5.

Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. *Verba Christi.*

GEmma (manus) hyacinthus vtras cui complet, & aurũ
Fert caput, afficiunt marmora cana pedes.
Ille suo grandi liquescens igne, metallum
En Deus assumpto corpore factus Homo.
Sponsa metalla tibi mediterrea quæritur inter,
Quam bellè quæris nubere Christe pari.

III.

De eodem.

Quia nos totaliter & semel Deo non tradimus, ideò thesaurum amoris Dei totum simul non accipimus.

S. Theres. vit. suæ. c. 11.

PVluereo quid corde iuuat reserare profanam,
Ditior hoc humili pectore gaza latet.
Huc igitur Sacri, calamos, dextramque stylumque
Vertite Scriptores pandite mentis opes.

IV.

De eodem.

HAc sibi mente locum posuit sapientia, summas
Hoc diuina Charis pectore clausit opes.
Hic vitæ specimen, virtutum norma; pudoris
Aula; decus matrum; Virginitatis honor.
Ipsum nomen erit faustum satagentibus omen,
Hoc non posterior gaza leuanda latet.
Addita lustra decem * post vt fluxere, THERESSA
TERRÆ SAL verbo, mente futura, manu.

* *L. significat lustra decem, id est 50. annos vitæ suæ; quibus elapsis mirabilia operata est.*

V.

De eodem.

Vbi est Thesaurus, tuus, ibi & cor tuum.

Matth. 6.

Alluditur ad cor Virginis ictum sacro spiculo.

HIc abscons a latent dictamina ditia vitæ
Hic pretiosa salus, aureus hæret Amor.
Gemmea Relligio gemit hoc in pectore, circum
Virtutum longo concelebrata choro.
Hic dubitet posthac thesauros nemo latere
Ad quos ipse Deus cuspide monstrat iter.

VI.

VI.

Orta in Hispania anno à partu Virginis 1515. 28. Martij.

QVo Deus armisono conceptus mense THERESSA
Terris hoc fuerat Martia Virgo data.
Congruit hem Christo speciali Sponsa fauore.
Qua Pax nostra Deus venerat, illa venit.

VII.

De eodem.

FRiguerat mundus, glaciali corda rigore
Offusoque gelu sparsa ligauit hyems.
Martius haûd poterat dominantem pellere brumam
Nec pigro natum frigore vellus aquæ.
Sic dum sollicitis quassatur fluctibus; olli
Fax noua subsidium nata, datura, venit

VIII.

De eodem.

AStræam spectate nouam; nitet ore, serenat
Doctrina; feruet pectore; mente micat.
Iustitiæ radio solem, virtute coluros;
Vita vincit ebur, vincit amore iubar.
Propter id Augusto tantis augusta talentis
Debuit adnasci famine reque potens.
Quo tamen exortus mirabilis Author olympi,
Dimensus nullo tempore, mole, loco,
Prodijt hoc: angustus erat natalibus amplis
Augustus; latum Mars feret ense locum.

IX.

Dies quo nata est, sancto Spei Abbati sacer est.

SPes bona Carmelo, speret meliora; sacrato
Summæ Virgo spei tempore nata Spei

X.

De eodem.

VATICINIVM.

ABbatissa decens re vel sermone futura.
Abbati sacro nascitur illa die.
Noscitur esse Parens & Virgo: nonnè columba
Cum sit oborta Polo præstat vtrumquè solo.

XI.

De eodem.

Spes Abbas & sancta Mater THERESSIA in specie columbæ animam Deo exhalarunt.

HÆc est alma dies, qua spes à morte columbam
Indutus, cæli sidera vincit ouans.
Hæc est alma dies, quâ nostræ compita vitæ,
Est ingressa sacro missa columba Polo
Quid restat? niueis clarabit partubus orbem.
Compare calle polos virgo columba petet.

XII.

Sancta THERESSIÆ natalis, olim sacer erat Iano, Concordia, Paci, Eleusina Cereri & Saluti. Cal. Rom.

IAnus concordat, genuit Concordia Pacem;
Pax Cererem; Cereris filia grata Salus.
Prudens Virgo, *. docet succensum pectus; & inter
Nos homines Pacem consulit atquè Deum.
Exemplo, verboquè cibans operante salutem.
Est Pax atquè Salus, Ianus & alma Ceres.

* *Alluditur ad cor Virginis igneo transfixum iaculo; cor autem respectu Charitatis diuinæ, vocatur lampas à sancto Augustino.*

XIII.

Dies Concordiæ quo nata est.

Facit Concordiam in sublimibus suis. *Iob. 25.*

QVæ Concordia charitate discors?
Quis nexus? tibi virgo destinatur

Dilau-

Dilaudata dies. dicata Paci,
Cessit fortè tuis amica cunis,
Ohe nasceris auspicata multùm,
Almæ nasceris expetita Paci.
Thesbitis tamen (id liquet) friantis.
Romphæâ barathri piaculares
Cultus, orgia victimas nefando
Spurcas murmure, germen es probatum.
Demiror sobolem, calente zelo
Inter prælia, Patre, dapsilisquè
Consecrante manus eruoris inter
Offusamquè luem ; quod æquiformi
Non sis pectore deuehente flammas,
Et sacro superos tuente zelo,
Et perdente stygem, nefariumquè
Latronum genus ense deuocato ?
Sit Paci sacra, sit dies quieti
Natalis ; tamen hæc redintegranda
Pax est Marte graui, licentioso,
Neruoso, stabili, cito, cruento,
Sublimi, placido, probo, verendo.
Charis venerat illa separare
Natos à patribus ; suâ maritum
A consorte ; Nurum tumultuante
A socru ; tamen est amica pugna
Connexusquè lubens ; voluptuosa
Hæc discordia Charitate concors.

XIV.

Dies Pacis quo natus est.

MArtius ad Pacem quid habet ? quid risus ouantis
Ad lacrymas ? quid agant gaudia cum gemitu ?
Credite seruandam pacem docet ipsa per arma
Marsquè bono Pacis bella gerenda monet.

Pacis nata die, sed Martis mense; quid inde?
 Vt Pacem reparet, prælia sacra parat.

XV.

Dies salutis quo natus est.

Salus nostra in manu tua est. *Gen. 47.*

Alluditur ad clauum Saluatoris, quo data sibi dextera desponsatur.

OCcidat illa dies falsæ celebrata saluti;
 Prorsus nulla salus, qua fere Saulus homo.
Dicite quanta Salus, ad cujus limina quisquis
 Vt colat, accelerat prenditur esse malus.
Fulgeat ista dies, qua scisso corde, saluti
 Author saluificum dedicat ipse locum;
Ipsa vel implicitam concludit dextra salutem,
 Præbet, ne dubita; stigma, salutis iter.

XVI.

Dies Iani prudentis quo natus est.

Duas facies habebat Cherub. *Ezech. 41.*

Vna facies cognitionis sui, altera facies, Dei gratiæ.

VVltu biformi glorietur arcani
 Ianus repertor consili, specillata
Despectione lynceatus in quoduis
Negotium; vel ante, vel sequatur post;
Paratus id fini suo coæquare.
 Cherub THERESSA vultibus biformatis
Gaudet perinsigni sui coarctata
Despectione; proruit Deo coram,
Et se miserrimam cietliquans fletu
Dolet pauore, conquiniscit, attrita
Dolore squallet, oblitescit, aspirat.
 Robur vacillat. Ecquid id malum tanta
Pœnâ voluntatem bonam coarctauit?
Nefas quod audet cur pudens molestare?

Nihilquè fontes Virginis genas lenes
Asper necare fletus? vllius prorsus
Noxæ puellam credimus restandæ:
Noxæ, maliquè consciam quis accissat?
Sed heu columba nostra lessibus pressis
Gemit profundo corde: contremiscitquè.
Ardorne solis alget? quis redarguitum
Vult esse Momus prorsus innocens pectus?
Quid? ipsa quæris disteri, sibi pœnam
Accersit vltro; quouè non decertanit,
Affingit illuc se pedem propinquasse.
Oberrat æqua fictione, tantumquè
Mensurat à præsente gratia vitam,
Sibi deesse prorsus hanc recognouit.
Informe pectus per nihil figuratum,
Ad omnium formam Deum coaccedit,
Submissione tollitur, eluet nocte,
Gelûquè feruet: Magna veritas, ipsam
Se falsitatem, vile confiteri nil.
Hanc veritatem VERITAS amat summa;
Propinquitatem diligit frequentatam;
Veraxquè vultus omnium, nihili egeno
Vultum latentem contuetur, intratquè;
Sic vt metiri scit suas homo partes,
Valore semet hoc adærat emensum:
Ibi figurat alterum Deus vultum:
Nouos colores aggerit, deauratquè
Splendore, fuscas per nihil genas mentis
Vt qui per esse sit suum nihil; totum
Sit, septiformis, omne, gratiæ dono.
Abominatur diuitem Deus mentem;
Deosculatur pauperem; fouet cassum
Ab omnibus cor mune, quæ Deus non sunt;
Si quód renunciauerat leui mundo,
Præsentiâ suâ dicas; supinum fert,

Contri

Confirmat infirmum, recolligit ſparſum.
Illiquè, tanta veritate commota
Suum per Eſſe Veritas adhæreſcit.
Quod autem Veritas ſit hæc, reuinco ſic.
Bonum carebit exiſtentiâ nunquam;
Conuerſione, quidquid eſt bonum, dico
Id ſtare; quod ſi ſtat, ſupergerit Verum.
Ergo valorem quiſquis æſtimat nullum,
Opinione deuia deerrauit;
Et veritatis nil habet, ſui vana
Deluſus auctione derogans vero,
Ligæus intra, falſa notio talis.
Aſt eleuata mente, nil homo cum ſit;
Idem. fidelis non negat ſibi quiſquis;
Hic abſtrahit veriſſimam, coæqualem
Rei figuram vera notio talis.
Et hæ. per exiſtentiam ratam ſtabit.
Et hæc probata veritas, inexhauſto
Agnata Vero. Quodquè ſanctitas ipſa
Bonumquè ſummum cum ſit, exinanitos,
Regnans in illis, integro bono, complet;
Vultumquè cernit quem dedit. Quis hic alter?
Præbet mereri dona gratiæ præbet:
Soluit labores, lucra gloriæ ſoluit
Diuina virtus præuenit, miniſtratquè
Vires, laborat intus in ſimul gratis.
Seu velle, ſeu poteſſe donat; aſſumptus
Labor coronat eſt vt elaboratus.
Corona cordi gaudium creat plenum;
Cor iubilans ex actibus bonis plaudit.
Hæc vultui debentur è ſuper, noſtro
In corde luminis notâ figurato,
Lætoquè dictum baſiante cor labro.
Decora Virgo qua placet viâ Sponſo?
Colore quo vel Angelis inumbrata?

Vul-

Vultus THERESSIÆ demissio summa.
Quis alter? exaltacio est adoptiua.
Demissa latuit terreo specu quantùm
Sublata Sphæris cælicis nitet tantùm.

XVII.

Die quo nata est, luctus in Israel ob Moysen mortuum, in Campo Moabitarum desijt. Deut. vlt.

Quale mihi gaudium est, qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video. *Tob. 5.*

LÆta dies, deserta micant, lætatur apella.
Mors deserta, nouo lumine læta dies
Tecta cadunt Moysis pellucida cornua morte;
Pectore discisso fax adaperta noua est.
In tenebris squallere nefas, lætare viator,
Quem haûd poterat terror ducere, portat amor.

XVIII.

Velata Moysis facies, cor Virginis ignitâ scissum patens lancea.

LEx vetus vmbroso velamine dormit & alget;
Lex noua discisso pectore feruet, ouat.
Nostra patet, recutita latet; noua regnat & annat,
Floret in orbe recens, tabet in orbe senex.
Nostra volat; cæca adrepit, denascitur, vmbra est,
Raucet in orbe vetus, clangit in orbe noua.
Nostra discit, amat; sons descit amare veterna,
Nescit cæca diem, noscit aperta Deum.

XIX.

Comparatio Ignita Lanceæ Seraphica, & prælucentis Columnæ Moysis.

TEllus promissam superat quæ creditur, illi
Quæ superet veterem; Dux noua, gnara viæ.
Nube vel igne fluani teretem neû quære columnam,
Cor teres accendit lancea, monstrat iter,

Et quam

Et quantò ferrum seruando proniùs igni
Quam lapis; hoc veteri purius id iubar est.
Et quanto iaculum cursus feruore colossum
Deserit; hoc mera stat propiore Deus.

XX.

Noua legis & antiqua comparatio.

Libera signat auem noua; casca labore bouem fert.
Sic veterina vetus, sic veterana noua.

XXI.

Die Natali THERESSIÆ. Accesserunt ad Iesum Pharisæi, tentantes eum & dicentes: si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa. Matth. 19.

Defensa pura Castitas, mentis color;
Laudata casta puritas, cordis iubar;
Asserta Virginalis est integritas.
Pudor triumphat inclytus, verens, vigil,
Tacens, amœnus, comis, innocens pudor.
Pacalis hæc dies. Apella perfido
Sermone branchus, in pudorem caurijt.
Nunquam pudori defuit THERESSIA.
Recens in orbem fusa! qua die putas?
Qua castitas periclitabatur pauens,
Adiuta dum per illius diem stetit,
THERESSIAM, DEVMq; pro se vindicem
Vidit, probauit, splenduit victoriâ.
Se fortiorem censuit limo putri,
Splendoribusquè puriorem cælicis.
Debebit ipsi plurimos dies pudor.
Integritas & fata post mortem premet,
Moriquè non consentiet sacrum corpus.
Quid spiritus? sacram rotabit lauream,
Iubar perenne dedicabit laurea.

XXII.

XXII.

De eodem.

In Pharisæos tentatores Christi.

VIncere vis niueum limis fracidusque pudorem,
Sit pudor in stolido dum perit ore pudor.
Nec tibi tanta potest vis & superesse potestas,
Vt superes cæli terrea massa iubar.
Nec datur integritas; minor es recutite pudore,
Circumscissus hebes. integer ille viget.

XXIII.

De eodem.

Iahel clauo tabernaculi occidit Sisaram. Iudic. 4

TOllere non poteris fallax Pharisæe pudorem,
Aduerso glomeras callida bella die.
Virginitas armata stetit, * Cetrata virago,
Belligero contra te comitata choro.
Cetra Deus, verbum gladius; pudor ensis, amor fax,
Claua dolorificus bellica clauus erit.
Si sapis ergo ream carnem configе timore,
Trux abscondе caput, stat noua crede Iahel.

* *Cetrati dicebantur Hispani.*

XXIV.

De eodem.

Terribilis vt castrorum acies ordinata. *Cant. 6.*

Alluditur ad iaculum cordu & clauum dextera.

TErribilis iaculo, clauo metuenda; pudore
Conuestita, potens prole, tremenda loco.
Castra regit diuina Parens & Virgo MARIA,
Excubat in medijs virgo THERESSA Choris.
Stat bellax acies tereti conclusa figura,
Præstat castra Chorus, * circulus astra petit.
Ordo stygi, carnique grauis, verendus & orbi,
Virginitate, canit fortius esse nihil.

* *Sanctitas à D. Thoma circulo comparatur, in idem punctum, nempe Deum rediens, à quo sumpsit principium.*

XXV.

XXV.

De eodem.

Scio Deus quod probes corda, & simplicitatem diligas.

1. Par. 29.

INtegritati plurimum debet tua
Natiuitas, sacri pudoris est dies,
Amœna, fausta, nobilis palestrica,
Beata, terris aduocata cælitus.
Laciniata mysticis coloribus,
Christoquè grata, digna coniungi Deo,
Sponsamquè dici cælicam, postquam super-
Edocta lumen aeratum deducere,
Æternitati stet dies, in qua Deus
Quo stat decorem vindicauit simplicem.
Admixta pugnis corruant discordibus,
Cadant afota moribus. Quidquid pigra
Tellure lapsat, ignis quod ferit celer,
Et vnda fundit, efflat aer excitus;
Hiet, tremiscat, collabascat id, leui
Noto secante iunctionem diffluam.
Vndam catillet ignis aridus pigram,
Tremens calorem lympha colluat reum;
Ventus calore deliquetur perdito,
Vndamquè nactus, siccitatem terream
Voraginoso defleat sputismate.
Perdat pigrorem terra sursum percita;
Ibi vapori copuletur, effero
Resistat igni, gignat impacabile
Fulgur, niuesquè grandinemquè languidam,
Ciat procaces Bolos, nimbos graues,
Hi turbinata suggerant negotia,
Pluantquè mortes, arma, casus, prælia.
Recensa damna, mixtio quæ parturit.
Maiora pensas? mortis indelebile,

Finem

Finem malorum, cogita Chirographum.
Hæc iunctioni congruit solutio.
Quid? reprehensat tale nil integritas.
Hinc distrahi, vel interire tempore
Nescit frunita puritas, simplex, pudens,
Quieta prudens, innocens, amabilis.
Mensura non est tempus eius transile,
Quàm peruigil mensurat æuiternitas.
Hallucinetur interim bubo salax,
Apella sordidus cauilletur sacri
Thorum pudoris, inquit, hic nihil parit.
Impuritatis ebrius musto ruat,
Deiquè gloriam perire posthumam
Falsò coaxet. Curua quid ficulnea?
Instructuosa vestra Mater, mystica
Fœcunditate destituta parturit?
Folia necantis literæ, fert pampinos
Ast germinante Virgines vino caret
Quid nostra virgo, quid Parens Ecclesia?
Integritate Mater est, Virgo parit.

XXVI.

Nata Abulæ S. M. THERESSIA.

Angelica nomina terminari in L.

Hinc & Phalti vt restituit alienam consortem; postea dictus est Phaltiel. 2. Reg. 3.

DVm tenet alterius consortem, debile Phalti,
Phaltiel, fugat vt, nobile nomen habet.
Sic pudor Angelico decoratur nomine, voxquè
Dum cadit integritas, fama, decorquè cadit.
Integritas redeat, prisci rediuntur honores,
Excita fama, nouum nomen, amorquè redit.
Tu, quæ castificam gaudes peperisse THERESSAM,
Et quæ Virgineo clara pudore nites,

Nomine digna nouo, veteri monogramma coaddo
Angelicum; sis nunc Albula non Abula.

XXVII.

Biennio ante impium Lutheri dogma nata est.

HErculis hydra procax, tædis gladioque petita,
Debuit in media, nata palude mori.
Quisquis Iberorum * gentem narrauit Ibero,
Herculeâ natam prole, parauit iter.
Consonus ergo loquar vates; quid? Ibera virago
Herculeo pollet robore, monstra necat.
Clauam non acuit, clauo præcellit acuto
Hoc habet insipidum figere fuste pecus.

* *Iberi, Hispani dicebantur ab Ibero Herculis filio.*

XXVIII.

De eodem.

CÆlibis, infelix, vitæ quo techna nigrescit,
Splendet virginitas hoc numerosa die.
Hydra sed anguineo turgescit dente, Lutherus
Dogma flat hæreticum guttura mille rotat;
Hydra caue: Christus porrexit lampada; * dextra
Thesbitis * gladium porrigit; hydra caue.

* *Alluditur ad Igneum cordis iaculum; & ad gladium S. HELIÆ Patriarchæ.*

XXIX.

Parentum pietas in educatione Virginis collaudatur.

MVltum profuit illa sanctitudo,
Excellens pietas, nitorque cordis,
Et præstabilium iubar domorum,
His natæ studuit Parens vterque
Prælucere facem decoris, atque
Exempli, pietatis, azimæque
Virtutis: studuit Parens vterque
Efformare bonum, capax ad omne
Viuax ingenium; Deoque dignum

Con-

Concinnare torum cor æquilibre.
Tantillam quoties deosculatam
Alphonsus Pater ore liberali
Natam famine certiorat. In te
Virgo Sanchius obtinere splendor,
Et Cepedia claritas, iubarquè
Si quid nobile Tordesillianum;
Et quo claruit Ahumadiorum
Mater lumine; clarior probato
Vitæ lumine, perspicatiorquè,
Cælesti merito, sacratiorquè,
Re, vel compare voce ter Beatrix.
Hæc restant tibi clariganda; per te
Orbi lumina comprobanda restant.
Virtus integra, vera claritudo;
Constans integritas latere nescit.
A virtute nitor diescit, alma
Virtus lumine pabulatur ipso.
Lucis pabula quid? caloris amplam
Fundunt progeniem, citas amoris
Euoluunt faculas. Amoris ergo
Lux est causa, amor eruditus, omnis
Est compago boni; bonum liquescens,
Complet velle sacro decore; donans
Artitum proprio studere fini.
Exhortata tibi proin supremi
Primum notio Numinis petenda.
Vt quanto decus illud explicato
Viuat lumine gloriosum ad intra
Quo splendore sciat; velit Potente
Quanto scire celer; beatitate
Quanta gaudeat; vlla quantitatis
Id mensura capit; nec Angelorum
Illimi coamicta mens nitore,
His extas cumulo vel implicato;

Extemplò docili timore Numen
Cordi concilias inaugurato.
Indefes timor omniformis indit
Fundamen meriti, probamque vitam,
Sit quæ digna Polo, negotiatur.

XXX.

Monita Parentum alto corde retinebat B. Virgo THERESSIA.

QVid CEPEDIA prouocata virtus?
Exhortatio, patriusque fermo,
Arbitraria profuit loquela.
Plures attamen integrosque fructus
Cordi gratia facra comparauit.
Virtutis geminæ capax tenaxquè,
Miffum froude fua remancipante,
Pomum nobile mox vt ablocatur;
Si penfes genus vniforme, crede
A cedro procul haûd cadit paterno.
Cœlefti fpeciem tholo receptam,
Si vitæ meritum fidele fpectes,
Augmentumquè decoris attributi;
Id pomum procul & procul paterno
A fcæuo cecidiffe difce ligno.
Id cælo fapidum, famelicofæ
Sanum, fertile, myrrhinumque terræ.
Hac fi quis celebrare voce nollet.
Primæuum renouabit expedito
Exemplo ftudium; facratiori
Vitæ dedita; ftagna lacrymarum
Effundet, gemitufquè lancinato
Sparget pectore; Pœnitentiæquè
Circumducet iter quotidianum;
Hoc fit nomine dicta, CEPE DIA.

XXXI.

XXXI.

Lectione spiritualium profecit plurimum.

Lectio spiritualis, ad videndum seu cognoscendum diuina, conspicillum est; id exemplis S. Matris THERESSIÆ, & S. STEPHANI Protomartyris comprobatur.

DAnt visioni conspicilla robur, dant
Rei videndæ magnitudinem; tractas
Rerum figuras ampliant, refunduntquè;
Reciprocant imaginem receptatam.
Quisquis Deo studet, specilla cœlestem
In visionem conquadrata vult? nulla
Sūt aptiora his quæ THERESSA præsentat.
Cumpendiosâ lectione sexennis
Profecit illuc erudita, quo nemo
Pennâ venire præstat vmbilicatus
Inter solum, solemquè Dædalus dexter.
Volat columba, quo? cauerna, crudeli
Hastâ dehiscens, obtinet suum pectus.
Ibi locare nidulum subalarem
Rarasquè guttas sanguinis, vel exangue
Hac, firma pro te Christe contrucidato
Corpusculo ciere perseuerauit.
Leuita; primus ille Martyr, excelsa
Multumquè gnara lectione Iudæis
Coram perorans, celsior solo factus.
Cælos adulta visione transiuit.
Ibiquè verbum, quod tenerrimæ carnis
Obtemperante clauditur toga; quodquè
Heri pusillum friget horridos inter
Brumæ rigores, comperendinum verbum,
Stat * nunc figura digniore maturum,
Per lectionem creuit vnica luce,
Scissosquè pandit martyri suo cælos,

Sic visioni lectio reserueſcit,
Frequens amorem viſio parit doctum;
Amor ſtat anſa ſanctitudinis gratæ;
Non otiatur Charitas rotundata,
Planoquè † corde mobilis piget nunquam.
Legat proinde qui videre diſponit,
Videns * amabit; attrahenſquè formandæ
Rei figuram liber, emedullata
Identitate † prorſus ipſa res fiet.

* *Alluſio ad heſternam Natiuitatem Christi: vbi iacet in ſtabulo; & ad hodiernam apparitionem, vbi aperto cælo ſtare viſus B. STEPHANO.*

† *Globus perfectè Sphaericus, in perfecto plano poſitus nunquam quieſceret.*

* *Viſio ſeu contemplatio ſpiritualis pulchritudinis eſt cauſa amoris Spiritualis S. Th. 1. 2. q. 27. a. 2.*

† *Identitas intelligibilis, iuxta Philoſophos hæc eſt, vbi anima noſtra intelligendo lapidem fit lapis, intelligendo Deum, Deus eſt.*

XXXII.

Ordine tertia inter liberos, in lucem prodijt B. Virgo THERESSIA.

Litera Pythagoræ Y deſcribitur; hæc typus eſt Iuſtitiæ, vt non deflectat ad dexteram, neq; ad ſiniſtram lineam, ſed medium rectum teneat locum.

QVorſum Pythagoræ ruat biformi,
Seu diſcrimine ſeu via coloſſus?
Quid nos erudiat? diurnat orbi:
Exedram ſtatuens epiſcopalem,
Grandem Iuſtitiam docere geſtit.
In terra monogramma ſingulari
Exiſtit pede; brachiale duplex
Cornu ſubleuat; apſis ambidextræ
Hæc eſt Iuſtitiæ, tenere ſummum

Hanc

Hæc mandat medium, modumque rerum.
Extremo regit ex vtroque ductum.
  Hoc virtutis iter, coagulata
Duplex linea, quæ triangularem
Virtutem statuat, regat, leuetque.
Arrectum, solidumque quod sit, vnum
Supponens columen graue dinosis
Substat cornibus. Vnicum iuuamen
Binis casibus; vnicum leuamen.
Binis ponderibus fatiscit vnquam.
Assistit, mediat, statuminatque.
Dictæ quæ sit inanis vnitati
Quæuis corruat, est necesse moles.
  Hoc tandem recitat columna triplex,
Claudit litera quam biceps; profatum
Illustri numerum nitere forma
Clangit. Tergeminus per expedito
  Feruet PRINCIPIO, coercitusque
Concessæ MEDIO, q; TERMINO q;.
Extremum tamen vtriusque partis
Omnino caueant, laboriosum
Callem Iustitiæ deambulantes.
  Sis non anxietas; nec improbarum
PRINCEPS lucificus molestiarum;
Angoris gemitusque causa turpis.
Ne quem dilanies dolore quouis.
Sed nec degener affici, malisque
Pro Christo fugias amaricari.
Adsis TERMINVS, impeti supernis
Qui certes iaculis amoris almi.
Vltra sis MEDIO perhospitalis.
Extremum fuge semicirculare,
Quantum circulus * errat impiorum.
  In lucem soboles beata, lumen
Ternis, ordine tertio profusum

Hæmi-

Fausto nomine fungitur THERESSÆ.
Collactanea virgo sanctitati.
Imperterrita vel stygi vel orbi.
Exoptabilis vniuersitati.
Nullum læserat Innocens puella;
Omni manserat impetita lingua.

* *In circuitu impij ambulant. Scilicet ab vno extremo in aliud; medium relinquentes.*

XXXIII.

De nominis impositione, & de eodem ordine tertio.

Et dixi; A. A. A. Domine Deus, ecce nescio loqui. *Ierem.*

TRina Deo Chaldæus agit sua dona; perempto
Myrrham; aurum Regi; thura dat aucta Deo.
Trina docet Græcus, * veteri scriptore monemur;
Sunt focus, ara, pecus; munera chara Deo.
Et Romanus ait, * numero Deus impare gaudet:
Trina mouet priscis gratia nuda choros.
Trinus Aristotel * numerus manet; vtra vocamus.
Ambo: si tria sunt; OMNIA, nomen habent.
Trina Deum Persona decet, licet ESSE stet vno.
Et trina hunc adeunt; Spes, Amor, atque Fides.
Tertius ordo tibi vitam lucemque probauit
Quæ TER, ES, A, niueâ voce THERESSA tuâ:
Nescio plura loqui: triplex tamen affio propheta A.
AMPLA solo; nobis ALMA; sed ALTA Polo.

* *Theocritus.* * *Virgilius.* * *Arist. l. 1. de Cælo.*

XXXIV.

De tripl ci A. Nomini Diuæ THERESSIÆ attributo.

Cælum nisi creassem, ob te solam creassem.
Verba Christi D.

NOn AMPLA terris omnibus? prophetica:
Diffusa prole, sanctitudine suâ,
Splendore mentis, scriptione mystica?

Nito

Nitore cordis; charitatis ordine;
Visisquè, portentisquè plurimis nota.
Quanto coalluit Polos orbis situ.
Metire quaquam vastitatem Sphæricam.
Freti columnas aduoca Gaditici.
Adi cadentis alta solis limina,
Et vltimam Thulen; Tropumquè * Carcinum
Angustiante præfeditum limite,
Bigam rebellem quà retrorsum sol agit.
Æquator anceps incubat Cubam super,
Fetax Iberis terra floret Paria,
Vbi beatæ dicta portio † Cruci
Phæbi iugales excipit, comit, leuat,
Luciquè grata pascuis fouet suis.
Hæc deprehende mente cogitabili,
Hanc in coruscam flecte latitudinem,
Quà claret Europs; hinc Asia re postulet,
Eous illinc Phæbus innascens trahat,
Vbi Colonus Indicanis ignibus
Armo deustus nigricat coracino,
Squallet, caloris impotens, cauâ specu.
Exin retractis destineris gressibus
In Affricani circulum leuem Poli,
Gyrus recumbit quà calens Antarcticus,
Constans viator) per emporeticum
Orbem; fauebis gloriam Viraginis
Nouis vbiquè prouocari laudibus.
Nec est iter soli; nec est Binomio *
Christo locus, vacans honor, cantus beans,
Splendorquè non stat Christiani nominis
Cultus, decorué; quâ simul THERESSIA
Haûd publicetur AMPLA Mater virginum;
Illustris † Amma filiorum, millibus
Aris; chorisquè dedicata millibus.
Hæc amplitudo Celsitudinem petit.

Qua-

Qualem petiſſet? Altiuſculam, parem.
Vide quid ALTA; quam Deus propter, nouos
Cælos creari, controuerſari negat.
Nouos crearet, ni creatos dederet.
Ibi THERESSAM, luce quam ſic alluit
Obire ſolis aureas vellet vices.

Non ALMA filijs abundans lumine,
Tantiſquè tædis impetita cælitus,
Ardentibus perempta vel phalaricis?
Proli cibalis ignis eſt propheticæ;
Carbone, cuius vixit * HELIAS Pater.
Nutritus igne viuido, flamma ſitim
Extinxit; hunc amor dapinauit calens.

Timens aduri portet arcta forcipe
Seraph receptum, carbo flammeus ſacro
Lambetur ori, manſit aſſuetum foco,
Si quod perenni charitate candicat.

* *Tropicus Cancri quem ſol nunquam egreditur.*

† *Terra Paria, & Terra ſancta Crucis in occidentalibus Indijs.*

* *Binomius Chriſtus propter duplicem naturam, diuinam ſcilicet & humanam, in vna hypoſtaſi diuina ſubſiſtentes.*

† *Amma; Orientalibus ſanctis Patribus dicebatur Mater Deodicatarum virginum.*

* *S. Epiphanius narrat, quod in Natiuitate S. HELIÆ viri niueum quendam habitum præferentes Puſionem ſalutabant &c. Et flammam ignis cibi loco miniſtrabant.*

XXXV.

Natalis dies tot adiunctis clarus, celebrandus eſt.

Ynceus inſons, vnicus de quinquies
Decem, ſuperſtes fratribus, patrui dolum,
Penſum fluente dolio, poſtquam ſua

Sponſa

Sponsâ fugit iuuante, prætulit facem,
Signum salutis; vrbe Lyrcâ tutior.
Vrbes Pelasgorum quotannis præferunt
Tedam salutis, luce redditâ graui.
Facemquè dicunt histrionicam diem,
Sacrantquè vano cultui lumen reum.
Quæ ter Beatam prodidit THERESSIAM
Nobis inoffensum iubar prodit dies:
Exin decoro cultui contermina,
Accommodetur prædicabilis Choro,
Et nuncupetur fax, dies dilucida.
Accæ dicata festa Laurentalia
Notabili festo vacent: hæc Romulum
Remumquè pauit Ordinaria dape,
Cibo sacratiore nos alit Parens
THERESSA, virginale maximum decus.
Rectum colenti Principi Seruilio,
Aequâ regenti septicollem dextera,
In Tullij vel omne seruiant decus
Nonnæ, statasquè nundinas coerceant.
Idus Dianæ, sunt quot Augusto, sonent.
Illis Aricinum nemus polluceat.
Fax antecedat insolens; accommoda
Luco recepta Roma tutelario,
Colat puellæ tetra fana Deliæ.
Accepta nobis veriùs, quam dignior
Quinto calendas Phæbus Aprili rotat,
Cunis amica virginarijs dies.
Hac hac petemus alta Carmeli iuga.
Serto syrum nemus redemptum pinneo,
Silentiosa tesqua, solitaria,
Torrente dulci Thesbiano garrula.
Ibi DEVMPARÆ, vetusto SEMNION
Cultu perennat, antesignano choro,
Primo, nouissimo, fideli, candido.

Hic

Hic ara Matri Prima tutelariæ.
Prophetico decori maximus thronus.
Sed nec facem flagramus alteram: pudens
THERESSA pectus icta Christi lumine,
FAX nostra præit æstuante pectore.

XXXVI.

Septennis ad Martyrium connolat.

PAruus amor terræ; sic est mentita vetustas,
In magno pariter corpore parua gerit.
Magnus amor cæli; sic est in corde THERESSÆ,
Cernis vt in paruo corpore magna gerat!
Obuia ne quæras discrimina, limis amoris
Centrum terra, illi pectore totus inest.
Et sic alta poli conscendere segnis, & amens,
Cæcus, & abnormis, ne ruat inde, timet.
Totus mens, oculusquè manens, feruorquè, vereri
Casum diuus amor cum petit alta, nequit.
Innatoquè premens adamatum pondere centrum,
Quò mens ducit amans æstifer intrat amor.

XXXVII.

Diuini amoris atquè terreni essentialis comparatio.

QVi mundi finxere leuem, falluntur, amorem;
Est grauis: in centrum cum ruat ille graue.
Qui dixere grauem, pariter frustrantur; inanis,
Læuus in aduersis est, leuis atque fugax.
Nec virtutis habet medium sine luminis vsu:
Cernere, cæcus vt est, quo ruat ipse nequit.
Non leuis; haud grauis est; habilis non; ergo quid ille est
Omnia cum sit Amor cælicus; ipse nihil.

XXXVIII.

Cœlestis amoris circumscriptio.

DIcite, quod pondus super euolet, insuper illud
Sit leue, dum nullo pondere deprimitur.

Est

Est amor ecce, leui qui flamine fertur in astra;
Est amor ille graui qui cremat igne iecur.
Ergo leui mersum, friget graue; blanda decentis
Pugna simultatis stat sub amore Dei.
Ergo graui mistum, feruet leue; prorsus amori
Vlla nocet grauitas credite, nec leuitas.

XXXIX.

Septennis virginis ad Martyrium connolantis itinerarium toties ingeminata ÆTERNITAS!

Eadem hic sub specie serti interminati graphicè describitur.

Ego flos campi, & lilium conuallium. *Cant. 2.*

IN orbe nil erat, nec est; nihil erit
Æternitas id non plicet quod Sphærica.
Vbiquè centrum distat illius capax,
Extensione virtuali diffluit.
Gaudet sinu deartuato plurimùm,
Circumferentia tamen eius perspicax,
Affecta nulla parte computabili
Emarginat; nusquam est; & omne circulo
Interminato tempus obtinet vagum,
Durationem peruigil quamuis supra.
Locos, leuesquè differentias * premit.
Inhalat omni flore, quouis fartilis
Bono, decore maximo circumflua.
Æternitas viret. Pudens ibi rosa
Nunquam verecundas deintegrat genas.
Recens ligustrum flore candet lacteo.
Enucleato corde lilium niuet.
Crocus deauratis comis inæstuat.
Nardus cyaneum caput supergerens.
Perfusus imbre nectaris cacuminat.
Nihil senescit. Sit nouum pro tempore,
Vetusquè fit; fugax, futurum, vel fluens.

Æternitati non mouetur, stat ratum.
Æternitas duratio mirabilis.
Extensione maior, & quauis morâ,
Rotâ virescat hæc smaragdinâ, tamen
Eius quiescit illocabilis rota.
Auditis ohe! quale sertum virgines
Vestrum coronat, nescium solui caput
Formidolosa castitas quibus placet,
Debetur his amica puri temporis,
Æternitas corona virginaria.
THERESSA virginale sertum flagitat,
Æternitatem clamitat virguncula,
Amat coronari; rosas redarguit:
Nardumque, Narcissumque fabulas leues.
Sacratiora postulat charismata.
Caputque Carmeli futura, supplicat
Campestris ille flosculus, qui texuit
Æternitati serta, seque vertice
Summo locauit † æuiterno dum capax
Serto coronat virginis nostræ caput,
Fœcunditate compleat VERBVM suâ.
Crescatque Carmeli iugo supersatus,
Crescat serenis gratiarum fructibus.

* *Intellige, temporis differentias.*
† *Christus Vnigenitus secundum diuinam naturam, & primogenitus quo ad gratiam prædestinantem.*

X L.

Reuocata ab itinere, Vacat solitudini.

Solus erat * ventos qui sidera fecit & ignes,
Solus aquas, homines, æthera, solus humum.
Solus inoccidno splendescit lumine, dici
Solus honorifico Numine dignus erat.
Solus adit Moyses † fumantis culmina montis
Solus Episcopijs cornibus auctus erat.

Solus Thesbites *. remanens in monte, prophetas
Millenos contra præualet ense potens.
Solus & Angelicis manibus data fercula sumpsit
Dignus in Arrabico monte videre Deum.
Sola potest virtus; si mixta sit alterat illam
Allophylum? † forma dispare pugna venit.
Sola manens Iudith * tanto stat robore, quantum
Sufficit Assirij depscere colla Ducis.
Sola morans, fit virgo Parens Diuina. THERESSA
Sola morans, tantæ Filia Matris erit
* *Qui facit mirabilia magna solus.* Psal. 135.
† *Solusque Moyses ascendet.* Exod. 24.
* *Derelictus sum ego solus.* 3. Reg. 19.
† *Allophylus, id est, alterius generis,*
* *Eratque Iudith sola in cubiculo.* Iudith. 13.

XLI.

De eodem.

QVi solus fuerat superis Altissimus, imus
Adiunctâ, moritur, iam sibi carne Deus.
Et paradisiaco cecidit non solus in horto
Primus homo, quamuis dispare morte cadat.
Dina quid? ecce suum virgo non sola pudorem
Perdit, & inde redit nupta, pudore minor.
Quid fraudes lapsusquè loquar? deuicit adelphos
Delphia * mors, genuit prælia, castra, neces.
Sontem virgo time casum non sola, pudicam
Cælebs vis vitam viuere; sola mane.
* *Adelphus est non solus; Delphinus solus.*

XLII.

Indoles paruulæ Virginis, in exstruendis Monasterijs occupari solitæ.

Alluditur ad Protectionem D. IOSEPHI, Sponsi DEIPARÆ.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. *Gen.* 1.
Semel locutus est Deus. Psal. 61.

FÆcundaturus vitalem SPIRITVS vndam,
Ipse super cassas incubat Author aquas.
Et DEVS humana celebrandus carne, videri
Sæpius humano corpore pronus erat
Et VERBVM sermonis amans super astra locutum
Mente semel; semper quæsijt ore loqui.
Relligiosa Parens, peridonea Nonna futura;
Credite Iosephi est Filia, claustra docent.

XLIII.

Samaritana exemplo frequentius à Christo precabatur.
Domine, da mihi hanc aquam. *Ioan.* 9.

FLumina lympharum Carmeli Nympha futura,
His mansura suo tempore, virgo petit.

XLIV.

De eodem.

Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11.
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Rom.* 5.

VNi iuncta viro Samaris noua virgo THERESSA.
A Sponso dotem fusile Pneuma petit.

XLV.

De eodem.

Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 18.

SVrgentis pelago vestigia Diua MARIÆ
Præuidet, & Matris filia poscit aquas.

XLVI.

De eodem.

Et expresso vellere concham rore impleuit. Iudic. 6.

VEllerìs hæc etiam Gedeonis villus, alumnum
Conspersura iugum, cælitus orat aquas.

XLVII.

XLVII.

De eodem.

Quia amore langueo. Cant. 2.

...im nacta Deum speciali prorsus amore;
...tas Sponsæ petit, temperet vnda faces.

XLVIII.

De eodem.

...sit ad gratiam specialem, Vbi Dominica Palma... ...mpta sacratissimâ Eucharistiâ, & Virginis repletur ... Christi sanguine.

...ere de Christi virgo tractura Cruorem,
...c, ait, orta simul, qua lauer vnda fluat.

XLIX.

De eodem.

...lium & Hæreticorum tenebras perpetuis deflebat lachrimis.

Pro eorum conuersione preces instituit & Seminaria.

Deniquè contra stans incendia spurca Lutheri,
Prouida cœlestes virgo precatur aquas.

L.

Duodennis à Matre derelicta; coram imagine procidens DEIPARÆ supplicat, vt sibi Mater fieret.

Quicunquè enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Matth. 12.

Soror nostra parua est. *Cant.* 5.

Est mihi parua soror, mi IESV, sic ais, illi
Stat quæ Matre pari, virgine, frater ego.
Atqui succrescet maturrima lacte MARIÆ,
Illa & castifico Sponsa futura cibo.
Et ne desit amor; fratres tibi parturit: Ergo
Quæ soror & Sponsa est, iam tibi mater erit.

Fausto nomine fungitur THERESSÆ.
Collactanea virgo sanctitati.
Imperterrita vel stygi vel orbi.
Exoptabilis vniuersitati.
Nullum læserat Innocens puella;
Omni manserat impetita lingua.

* *In circuitu impij ambulant. Scilicet ab vno extremo in aliud; medium relinquentes.*

XXXIII.

De nominis impositione, & de eodem ordine tertio.

Et dixi; A. A. A. Domine Deus, ecce nescio loqui. *Ierem.*

TRina Deo Chaldæus agit sua dona; perempto
Myrrham; aurum Regi; thura dat aucta Deo.
Trina docet Græcus, * veteri scriptore monemur;
Sunt focus, ara, pecus; munera chara Deo.
Et Romanus ait, * numero Deus impare gaudet:
Trina mouet priscis gratia nuda choros.
Trinus Aristotelis * numerus manet; vtra vocamus.
Ambo: si tria sunt; OMNIA, nomen habent.
Trina Deum Persona decet, licet ESSE stet vno.
Et trina hunc adeunt; Spes, Amor, atquè Fides.
Tertius ordo tibi vitam lucemquè probauit
Quæ TER, ES, A, niueâ voce THERESSA tuâ:
Nescio plura loqui: triplex tamen affio propheta A.
AMPLA solo; nobis ALMA; sed ALTA Polo.

* *Theocritus.* * *Virgilius.* * *Arist. l. 1. de Cœlo.*

XXXIV.

De triplici A. Nomini Diuæ THERESSIÆ attributo.

Cælum nisi creassem, ob te solam creassem:
Verba Christi D.

NOn AMPLA terris omnibus? prophetica:
Diffusa prole, sanctitudine suâ,
Splendore mentis, scriptione mystica:

Nitor

Nitore cordis; charitatis ordine;
Visisque, portentisque plurimis nota.
Quanto coalluit Polos orbis situ.
Metire quaquam vastitatem Sphæricam.
Freti columnas aduoca Gaditici.
Adi cadentis alta solis limina,
Et vltimam Thulen; Tropumque * Carcinum
Angustiante præpeditum limite,
Bigam rebellem quà retrorsum sol agit.
Æquator anceps incubat Cubam super,
Ferax Iberis terra floret Paria,
Vbi beatæ dicta portio † Cruci
Phæbi iugales excipit, comit, leuat,
Lucique grata pascuis fouet suis.
Hæc deprehende mente cogitabili,
Hanc in coruscam flecte latitudinem,
Quà claret Europs; hinc Asia te postulet,
Eous illinc Phæbus innascens trahat,
Vbi Colonus Indicanis ignibus
Armo decustus nigricat coracino,
Squallet, caloris impotens, cauâ specu.
Exin retractis destineris gressibus
In Affricani circulum leuem Poli,
Gyrus recumbit quà calens Antarcticus,
Constans viator ‡ per emporeticum
Orbem; fauebis gloriam viraginis
Nouis vbique prouocari laudibus.
Nec est iter soli; nec est Binomio *
Christo locus, vacans honor, cantus beans,
Splendorque non stat Christiani nominis
Cultus, decorue; quâ simul THERESSIA
Haûd pub licetur AMPLA Mater virginum;
Illustris † Amma filiorum, millibus
Aris; chorisque dedicata millibus.
Hæc amplitudo Celsitudinem petit.

Qualem petesset? Altiusculam, parem.
Vide quid ALTA; quam Deus propter, nouos
Cælos creari, controuersari negat.
Nouos crearet, ni creatos dederet.
Ibi THERESSAM, luce quam sic alluit
Obire solis aureas vellet vices.
Non ALMA filijs abundans lumine,
Tantisquè cædis impetita cælitus,
Ardentibus perempta vel phalaricis?
Proli cibalis ignis est propheticæ;
Carbone, cuius vixit * HELIAS Pater.
Nutritus igne viuido, flamma sitim
Extinxit; hunc amor dapinauit calens.
Timens aduri portet arcta forcipe
Seraph receptum, carbo flammeus sacro
Lambetur ori, mansit assuetum foco,
Si quod perenni charitate candicat.

* *Tropicus Cancri quem sol nunquam egreditur.*

† *Terra Paria, & Terra sancta Crucis in occidentalibus Indijs.*

* *Binomius Christus propter duplicem naturam, diuinam scilicet & humanam, in vna hypostasi diuina subsistentes.*

† *Amma; Orientalibus sanctis Patribus dicebatur Mater Dedicatarum Virginum.*

* *S. Epiphanius narrat, quod in Natiuitate S. HELIÆ, viri niueum quendam habitum præferentes Pusionem salutabant &c. Et flammam ignis cibi loco ministrabant,*

XXXV.

Natalis dies tot adiunctis clarus, celebrandus est.

LYncæus insons, vnicus de quinquies
Decem, superstes fratribus, patrui dolum,
Pensum fluente dolio, postquam sua

Sponsa

Sponsâ fugit iuuante, prætulit facem,
Signum salutis; vrbe Lyrcâ tutior.
Vrbes Pelasgorum quotannis præferunt
Tedam salutis, luce redditâ graui.
Facemquè dicunt histrionicam diem,
Sacrantquè vano cultui lumen reum.
Quæ ter Beatam prodidit THERESSIAM
Nobis inoffensum iubar prodit dies:
Exin decoro cultui contermina,
Accommodetur prædicabilis Choro,
Et nuncupetur fax, dies dilucida.
Accæ dicata festa Laurentalia
Notabili festo vacent: hæc Romulum
Remumquè pauit Ordinaria dape,
Cibo sacratiore nos alit Parens
THERESSA, virginale maximum decus,
Rectum colenti Principi Seruilio,
Aequâ regenti septicollem dextera,
In Tullij vel omne seruiant decus
Nonnæ, statasquè nundinas coerceant.
Idus Dianæ, sunt quot Augusto, sonent.
Illis Aricinum nemus polluceat.
Fax antecedat insolens; accommoda
Luco recepta Roma tutelario,
Colat puellæ tetra fana Deliæ.
Accepta nobis veriùs, quam dignior
Quinto calendas Phæbus Aprili rotat,
Cunis amica virginarijs dies.
Hac hac petemus alta Carmeli iuga.
Serto syrum nemus redemptum pinneo,
Silentiosa resqua, solitaria,
Torrente dulci Thesbiano garrula.
Ibi DEVMPARÆ, vetusto SEMNION
Cultu perennat, antesignano choro,
Primo, nouissimo, fideli, candido,

Hic

Hic ara Matri Prima tutelariæ.
Prophetico decori maximus thronus.
Sed nec facem flagramus alteram: pudens
THERESSA pectus icta Christi lumine,
FAX nostra præit æstuante pectore.

XXXVI.

Septennis ad Martyrium connolat.

PAruus amor terræ; sic est mentita vetustas,
In magno pariter corpore parua gerit.
Magnus amor cæli; sic est in corde THERESSÆ,
Cernis vt in paruo corpore magna gerat!
Obuia ne quæras discrimina, limis amoris
Centrum terra, illi pectore totus inest.
Et sic alta poli conscendere segnis, & amens,
Cæcus, & abnormis, ne ruat inde, timet.
Totus mens, oculusquè manens, feruorquè, vereri
Casum diuus amor cum petit alta, nequit.
Innatoquè premens adamatum pondere centrum,
Quò mens ducit amans, æstifer intrat amor.

XXXVII.

Diuini amoris atquè terreni essentialis comparatio.

QVi mundi finxere leuem, falluntur, amorem;
Est grauis: in centrum cum ruat ille graue.
Qui dixere grauem, pariter frustrantur; inanis,
Læuus in aduersis est, leuis atquè fugax.
Nec virtutis habet medium sine luminis vsu;
Cernere, cæcus vt est, quo ruat ipse nequit.
Non leuis; haud grauis est; habilis non: ergo quid ille est
Omnia cum sit Amor cælicus: ipse nihil.

XXXVIII.

Cælestis amoris circumscriptio.

DJcite, quod pondus super euolet, insuper illud
Sit leue, dum nullo pondere deprimitur.

Est

Eſt amor ecce, leui qui flamine fertur in aſtra;
Eſt amor ille graui qui cremat igne iecur.
Ergo leui merſum, friget graue; blanda decentia
Pugna ſimultatis ſtat ſub amore Dei.
Ergo graui miſtum, feruet leue; prorſus amori
Vlla nocet grauitas credite, nec leuitas.

XXXIX.

Septennis virginis ad Martyrium conuolantis itinerarium toties ingeminata. ÆTERNITAS!

Eadem hic ſub ſpecie ſerti interminati graphicè deſcribitur.

Ego flos campi, & lilium conuallium. *Cant. 2.*

IN orbe nil erat, nec eſt; nihil erit
Æternitas id non plicet quod Sphærica.
Vbiquè centrum diſtat illius capax,
Extenſione virtuali diffluit.
Gaudet ſinu deartuato plurimùm,
Circumferentia tamen eius perſpicax,
Affecta nulla parte computabili
Emarginat; nuſquam eſt; & omne circulo
Interminato tempus obtinet vagum,
Durationem peruigil quamuis ſupra.
Locos, leueſquè differentias * premit.
Inhalat omni flore, quouis fartilis.
Bono, decore maximo circumflua.
Æternitas viret. Pudens ibi roſa
Nunquam verecundas deintegrat genas.
Recens liguſtrum flore candet lacteo.
Enucleato corde lilium niuet.
Crocus deauratis comis inæſtuat.
Nardus cyaneum caput ſupergerens.
Perfuſus imbre nectaris cacuminat.
Nihil ſeneſcit. Sit nouum pro tempore,
Vetuſquè ſit; fugax, futurum, vel fluens.

Æternitati non mouetur, stat ratum.
Æternitas duratio mirabilis.
Extensione maior, & quauis morâ,
Rotâ virescat hæc smaragdinâ, tamen
Eius quiescit illocabilis rota.
Auditis ohe! quale sertum virgines
Vestrum coronat, nescium solui caput.
Formidolosa castitas quibus placet,
Debetur his amica puri temporis,
Æternitas corona virginaria.
THERESSA virginale sertum flagitat,
Æternitatem clamitat virguncula,
Amat coronari; rosas redarguit:
Nardumque, Narcissumque fabulas leues.
Sacratiora postulat charismata.
Caputque Carmeli futura, supplicat
Campestris ille flosculus, qui texuit
Æternitati serta, seque vertice
Summo locauit † æuiterno dum capax
Serto coronat virginis nostræ caput,
Fœcunditate compleat VERBVM suâ.
Crescatque Carmeli iugo supersatus,
Crescat serenis gratiarum fructibus.

* *Intellige, temporis differentias.*

† *Christus Vnigenitus secundùm diuinam naturam, & primogenitus quo ad gratiam prædestinantem.*

XL.

Reuocata ab itinere, vacat solitudini.

Solus erat * ventos qui sidera fecit & ignes,
Solus aquas, homines, æthera, solus humum.
Solus inocciduo splendescit lumine, dici
Solus honorifico Numine dignus erat.
Solus adit Moyses † fumantis culmina montis
Solus Episcopijs cornibus auctus erat.

Solus Thesbites *. remanens in monte, prophetas
Millenos contra præualet ense potens.
Solus & Angelicis manibus data fercula sumpsit
Dignus in Arrabico monte videre Deum.
Sola potest virtus ; si mixta sit alterat illam
Allophylum ! † forma dispare pugna venit.
Sola manens Iudith * tanto stat robore, quantum
Sufficit Assirij depscere colla Ducis.
Sola morans, fit virgo Parens Diuina . THERESSA
Sola morans, tantæ Filia Matris erit

* *Qui facit mirabilia magna solus.* Psal. 135.
† *Solusque Moyses ascendet.* Exod. 24.
* *Derelictus sum ego solus.* 3. Reg. 19.
† *Allophylus, id est, alterius generis,*
* *Eratque Iudith sola in cubiculo.* Iudith. 15.

XLI.

De eodem.

QVi solus fuerat superis Altissimus, imus
Adiunctâ, moritur, iam sibi carne Deus.
Et paradisiaco cecidit non solus in horto
Primus homo, quamuis dispare morte cadat.
Dina quid ? ecce suum virgo non sola pudorem
Perdit, & inde redit nupta, pudore minor.
Quid fraudes lapsusquè loquar ? deuicit adelphos
Delphia * mors, genuit prælia, castra, neces.
Sontem virgo time casum non sola, pudicam
Cælebs vis vitam viuere ; sola mane.

* *Adelphus est non solus ; Delphus solus.*

XLII.

Indoles paruulæ virginis, in exstruendis Monasterijs occupari solitæ.

Alluditur ad Protectionem D. IOSEPHI, Sponsi DEIPARÆ.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. *Gen.* 1.
Semel locutus est Deus. Psal. 61.

FÆcundaturus vitalem SPIRITVS vndam,
Ipse super cassas incubat Author aquas.
Et DEVS humana celebrandus carne, videri
Sæpius humano corpore pronus erat
Et VERBVM sermonis amans super astra locutum
Mente semel; semper quæsijt ore loqui.
Relligiosa Parens, peridonea Nonna futura;
Credite Iosephi est Filia, claustra docent.

XLIII.

Samaritana exemplo frequentius à Christo precabatur.
Domine, da mihi hanc aquam. *Ioan.* 9.

FLumina lympharum Carmeli Nympha futura,
His mansura suo tempore, virgo petit.

XLIV.

De eodem.

Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11.
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Rom.* 5.

VNi iuncta viro Samaris noua virgo THERESSA.
A Sponso dotem fusile Pneuma petit.

XLV.

De eodem.

Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 18.

SVrgentis pelago vestigia Diua MARIÆ
Præuidet, & Matris filia poscit aquas.

XLVI.

De eodem.

Et expresso vellere concham rore impleuit. Iudic. 6.

VEllleris hæc etiam Gedeonis villus, alumnum
Conspersura iugum, cælitus orat aquas.

XLVII.

XLVII.

De eodem.

Quia amore langueo. Cant. 2.

SPonsum nacta Deum speciali prorsus amore;
Tantas Sponsa petit, temperet vnda faces.

XLVIII.

De eodem.

Allusio fit ad gratiam specialem. Vbi Dominica Palmarum, sumpta sacratissima Eucharistia, os Virginis repletur pretioso Christi sanguine.

VVlnere de Christi virgo tractura Cruorem,
Hoc, ait, orta simul, qua lauet vnda fluat.

XLIX.

De eodem.

Infidelium & Hæreticorum tenebras perpetuis deflebat lachrimis.

Pro eorum conuersione preces instituit & Seminaria.

DEniquè contra stans incendia spurca Lutheri,
Prouida cœlestes virgo precatur aquas.

L.

Duodennis à Matre derelicta; coram imagine procidens DEIPARÆ. supplicat, vt sibi Mater fieret.

Quicunquè enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Matth. 12.

Soror nostra parua est. *Cant.* 8.

EST mihi parua soror, mi IESV, sic ais, illi
Stat quæ Matre pari, virgine, frater ego.
Atqui succrescet maturrima lacte MARIÆ,
Illa & castifico Sponsa futura cibo.
Et ne desit amor; fratres tibi parturit: Ergo
Quæ soror & Sponsa est, iam tibi mater erit.

L I.

Lectione Epistolarum D. Hieronymi profecit in melius:
Claustrum ingreditur.

Tuba Hieronymus; nouam Hiericho, seu lunam instabilem id est inconstantiam destruit.

TRacta Dei numerante manu fernescit; & vltro
Conglaciata vago claudicat ecce gelu.
Propendet, refugit, flagrat, disquirit, abhorret;
Hac studiosa volat, mox dubiosa cadit.
Fluctuat, incumbit; luctatur, pallet, anhelat,
Cunctatur, pugnat, pramedicata cauet.
Quid faceret miserata manus? noua, fatur oborta.
Non sibi stans Hiericho, stat superanda tuba.
Hieronymus cecinit, Christo cecidere subacta
Mœnia structuris ædificanda * nouis.

* *Alluditur ad mystica animæ nostræ castella, quæ B. Virgo THERESSA, Speciali volumine contemplatiuis viris propalauit.*

L I I.

Beatissimæ V. MARIÆ de monte Carmelo habitu induitur.
Perfecta Charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4.

SOlutioni tædium nouum venit,
Se contrahit strigositas dearctanda.
Ingressa claustrum virgo; configuratur
Crucis, coarctato Deo, super ligno.
Periclitatur laxitas, fugit clauum
Sponsationis azymæ; timet clauum
Timoris; ensem feruidum reformidat.
Veretur Heliæ Propheticum zelum.
Et igneas Phalaricas * abhorrescit,
Et aureum torquem, domesticum collo,
Funesque Charitatis intimæ tabet:
Frustra tamen debuccinat, pauet frustra

Amor

Amor timorem luridum foras mittit.
Concordialis charitas reflorescit.
* *Quali ab Angelo transactum erat pectus Virginis.*

LIII.

Grauibus affecta morbis, triennio decumbit.

HÆmitritæus edax damnoso membra calore
Conficit: emacerat corpora languor iners.
Occupat ægra caput tenerum cephalalgia; pectus
Syncopa: pleuritis pectora pressa ferit.
Fastidire cibos cogit, vitamque, febrilis
Nausea: coliacus tormina morbus alit
Fit tremor in membris: suffusio viribus instat.
Sintexis tremula carne vagatur hebes.
Et ne quid desit, iuuenem dispnæa senilis
Præfocat: ignigenis arthesis vrit aquis.
Fusca puellarem macies pallore colorem
Afficit; & pauidas occupat ipsa genas.
Funditus euertit naturam Gratia: dumque
Afflat opes animæ, corporis efflat opes.

LIV.

De eodem.

FEbris acuta cauat; fundamen cerno profundum:
Protinus alta reor; fabrica surget ibi.

LV.

Agone mortis abstracta à sensibus, infernum; & cælestem vidit Patriam.

Cælum nisi creassem, ob te solam creassem.

Verba Christi.

CÆlum quam propter fecisses, ante fuisset
Ni factum, monstras qua ratione stygem?
Monstra fuga inferni, superos ostende Penates,
Mente vel, empyrium da peragrare locum.

Ima tamen barathri fundamina monstrat; * vt inde
Agnoscat superi culmina celsa Poli.

Aliquis in profundo positus puteo, etiam Stellas videre potest interdiu.

LVI.

De eodem.

Vbi agnouerat Ordinis à se reformandi fausta primordia. Et suscitanda Monasteria.

NEc Postuorta capax, * nec Anteuorta
Stat præsentibus, abditisquè rebus,
Tanta prænalet ad futura mente,
Lucrandis valet illa, & illa tantum
Gestis, temporibus, negotijsquè
Res, & munia peruigil THERESSA
Quantâ mente rotet, subcrigatquè,
Quantò pectore magnipendat illa.
Disciplina Patrum; sacratiore
Sudabunda manus labore, quidquid
Et conamine; vel stylo, vel acri
Exemplo dedit, hæc negotiatur.
Id totum superare, vel probare,
Feruens æmula prosperante cælo,
Id contendit adesurire saltem.
Qua decurrere præpedita sexu,
Non præstat; soboli renunciatum
Hâc demandatiter: famemquè complet
Per venabula sacra Filiorum.
Natas alloquitur, † necessitatquè,
Summittant sua postulata Christo.
Hos arment precibus quotidianis,
Commissas sibi, qui regunt bidentes;
Et verbo dociles cibant fideli:
Et Christo socíant oues adelas.

Postuor-

* *Postuorta Dea Romanorum, quæ futura prospiciebat Anteuorta, quæ præterita.*

† *Filias suas obligauit, vt perpetuò pro Concionatoribus & ijs qui laborant in conuersione Infidelium & hæreticorum, exorent diuinam maiestatem.*

LVII.

Futuris temporibus florebit hæc Religio.

Prophetia S. Matris.

COnformis stetit Anteuorta nuper;
Nunc Postuorta refert status futuri
Processum: sobolemquè nominandam.
Annos anteuidet redauspicandos,
Virtutis meritum peculiare.
Prædicitquè decoris obsoleti,
Ornamenta redire subroganda.
Campos Religionis ordinatæ,
Claustrali fore laurinos virore,
Serto purpureos adoreoso.
Cunctis floribus arua prosperanda,
Sanctis moribus ora, cor, manusquè
Compleri docuit THERESSA: solâ
An non voce monet remurmurante.
Exemplo meliùs probat sequendo,
Re pastoritiâ superlucratur
Indemnes animas, Deoquè sacrat.
Auditus fidei ministret; almæ
Virtuti est oculus: videre facta,
Non audire sonos, legiquè tantùm
Quod sit, postulat, erudita virtus.

LVIII.

In prædicta visione, agnouit Parentem suis quoquè orationibus saluandum fore.

IPsa suo Mater clarando facta Parenti,
Huic etiam poteris dicere, virgo Parens.

LIX.

LIX.

Ibidem praeuidit fore, post mortem, corpus suum aureo inuoluendum peripetasmate.

CÆcus amor Pluuium, * Danaen trahit aureus imber,
Per mare fluctiuagos vellera fulua † Duces.
Attrahitur ferrum rapido magnete ; colurnis
Stant pueri nucibus ; fronde virente bidens.
Optima sors auri : trahitur, sic fertur, eburnâ
* Lance ; manet tanti virginitatis honor.
Virginitas ebur est, pauidum cui seruiat aurum,
Quæ seruire auro non tulit, impauida.

* *Pluuius Iouis dicebatur.*

† *Iasonis Argonautæ in Colchida ad Aetem Regem Velleris aurei rapiendi causa nauigarunt. Hinc ordo Chrysomalli à Philippo Duce Burgundiæ institutus.*

* *Auicenna l. 4. Iuuenalium docet ; in auriferos fluuios proiectâ lance eburnea aurum attrahi.*

LX.

Post hæc omnia visa, sibi reddita, erga SS. Eucharistiam intensius cepit affici.

VT est abacto constituta spiritu,
Erga fidelior stat Eucharistiam.
Donum sacrosanctum colit specialiter.
Medullitus communicat Deo suo.
Omniquè corde, mente, sensu, viribus
Inhæret, ingruit, vacat, circumstrepit.
Id vnde natum ? subuehit styx infera
Lumen superuum ; nox diem subinfluit.
Morbis, medentem cernit in mortalibus.
Ipsam salutem curat in periculis.
In nocte cæcâ flagitat Diem Deum,
Puramqué lucem turbidis in sordibus.
Agnouit in labore (viuum) flammeo,

Fon-

Fontem, caloris improbi velamina.
Et vt Coronidem canam; nouissimâ
In morte, vitam vidit apprimam; BONVM
Summum, coæstimauit è summo malo.

LXI.

Lectionibus morbos leniuit & spiritualibus alloquijs.
Ego flos campi. *Cant. 2.*

SAgæ bacchatim nocuæ procul este; dolosa
Verba vel herba nocent vestra, feruntque necem.
Nostra iuuant, feriuntque necem, sunt verbera Christi,
Certa salus; medicus Christus & herba medens.
Verba salutiferi non desunt murmuris; idem
Est VERBVM IESVS, flos, medicina, salus.

LXII.

Gloriosissimi Confessoris D. IOSEPHI patrocinio conualescit.

OBlatret tumor ille iactuolus,
Et liuor furialis ingrauescat,
Anceps rem solidam premat τρόχυλος.
Supplex pálma solum graui tenere
Frustra pondere iussa mancipari,
Detrectans volat exoluta sursum;
Infamis pharisæus expetenda
A vili, Bona, Nazareth negauit.
Nos confringimus ora purulenta,
Verbo claudimus ora captiosa.
VERBVM causa BONI; iubar calorem
Producit: calor est amor; quid iste?
Mens quem recta parit, fouet cor ardens.
Excellens bonitas, amor quietus,
Verbum causa boni; negas apella
Verbo crescere caritatis ignes?
Id nos pascere fatre consecrato,

Inter-

Intercludere veste nuptiali.
Id nos pingere luce sanctitatis.
Et connectere floribus pudoris.
Verbo credimus inditam salutem,
Nos effingere moribus decoris,
Nos aspergere Marte siderali:
Verbo conualuit THERESSA Mater,
Et Charismata sacra, septiformi,
Verbo, prolicuit profusa riuo.
consecrata bonam * diemquè verbo.

* *Bonam diem ad inuicem apprecamur Verbo. Bona dies in qua conualuit, excita Verbo Vita.*

LXIII.

De eodem.

A Nazareth potest aliquid boni esse? Ioan. 1.

NAzara, * flos non es, flores tamen ægra medentes
Parturis, at patulo lumine cæca manes.
Abnuis esse bonum, dant quem tua tecta, salutis
Florem, te doceat vel medicina bonum.
Tu tamen ægra gemis; non est medicina dolori,
Qui se mortiferas nescit habere plagas.

* *Nazareth, flos.* ita sanctus Hieronymus.

LXIV.

Consulente Christo Domino, S. IOSEPHUM sibi, & Religioni Protectorem præficit.

COmmitte Mater inclyto viro prolem,
Matris viraginis viro verecundo;
Te virginem Patronus addecet virgo.
Tuæque proli congruit perantiquæ,
Ætate, cultu, dexterâ, perantiquus.
Quiesce constans cælicam super PATRIS
Electionem; nouerat requisitum,
Conclaue cordis omne per, Deus scrutans.

Illapsus

Illapsus; vnum, mille de coaptandis
Virum probare lucidissimæ proli,
Nutritium verum, Patrem putatiuum.
VERBVM Paterna lectione contentum,
Selectioni Patriæ superscripsit.
Nec Syngraphæ par SPIRITVS refragatur.
Solâ fideli puritate iuratum,
Indissolubili suâ voluntate,
Sponsum suæ columbæ legerat IOSEPH.
Amor duorum, quid sibi triumphalem,
Vnius erga virginis velit formam?
Amator ardens puritatis assertæ,
Zelator ille Sponsus æmulum quærit?
IOSEPHVS annon consonâ voluntate
Videtur æquiformior Dei Matri.
Præscitur ergo comparandus arcanâ
Manu; sodalis virginario cordi,
Purissimæ menti futurus adiutor.
Hunc expetisce separabili Proli.
Hic institutus virgini Patri multa
Super; fidelitate claruit summa.
Hic expetitus peruigil super pauca,
Erit fidelis, crede, virgini matri.
Tuo verendum nil gregi reformato,
Si forma sanctitatis adsit. Adiuetus
Deferre Patriarcha pignus accline
Vlnas pudici pectoris super, prolem
Deosculandam, millies adorandam.
Corpusculi mollis Deum cucullatum
Labro trahendum millies pudorato.
Hunc funiculus amoris intimi, nobis
Humanitate colligauit assumptâ;
Mater tamen dilectione pertracta,
Suos amores credit euolaturos.
Zonâ proin coercuit, crebrâ zona

Benignitatem * colligit, Dei ſtantem
Hypoſtaſi præbente terminum ſacrum.
Nec oris eloquor modum columbini.
Vterqué baſio trahit ſuperiecto.
Prendente brachio ſtringit, manu mulcet.
Vterqué libat oſculo, reguſtatqué
Abſconditam dulcedinem, perhumano
In ore VERBI feruidi Caro facti.
Sibi viciſſim traditur ſupinatus,
Diſſuauiandus puſio ſuperfuſæ
Incendio Diuinitatis ignitus.
Nocere feruor hic tamen poteſt nulli;
Amore natis motibus, niuis more
Delapſa lenis puritas coaccedit,
Meroqué temperat pudore cor feruens.
Affectio beata: pars inalgeſcit
Dicata ſenſibus gregarijs; ardet
Superna mentis portio ſerenatæ.
Ergo venuſtatis tuæ, laborumqué
Cuſtos tuorum, præſit Ordinis Præſul
Ioſephus, augmentum decoris illati:
Sacræ Petitionis Anteſignanus,
Auſpex viæ, vitæqué ſolitariæ.
Sponſus, MARIÆ filios, reſignatos
Curæ ſuæ, Chriſto Deo repreſentet.
Efflagitantes auxilî ſui dextram,
Noſcat precantes brachium Patronale.

* *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei.* Tit. 3.

LXV.

Caput tuum vt Carmelus. *Cant 5.*
Decor Carmeli datus eſt ei. *Scilicet B. IOSEPHO Sanctiſſimo Patriarchæ.*

VNgara Sponſa, ferunt, celebris Regina * Coronam
Sponſo humili, à proprio vertice tradit amans.

Spon-

Sponsalis celebretur amor, celebrentur & illa
Marcida, quæ fragilis serta Maria dedit.
Toto virgo fui, semper Dominata MARIA,
Carmelo, cinxit tempora casta Viri.
Dicite: sit capiti, montem vis quanta leuare?
Taliter & montem surgere, quantus honor?

* *Maria Regina Vngariæ propria corona humilioris conditionis Sponsum redimiuit.*

LXVI.

Laus Carmeli.

ORdo mille modis habitus, placitusque MARIÆ,
Mille suæ Matris præditus Ordo bonis.
Porrigitur Sponso moderandus virginis. Ecce
Quem virgo peperit, crescere virgo parat.

LXVII.

Mirabili Christi D. ad columnam laniati visione, in meliorem frugem conuertitur.

TE propter distractus amor per quinque cruenta
Stigmata, coccineo diffluit amne suo.
Te propter tenerum pressit caput hirta corona,
Milleque spinigero vulnera dente dedit.
Te propter fleuêre genæ: sudauit oborto
Sanguine; congenito feruidus igne Deus.
Te propter lenis doluit manus vtraque, plantæ
Intremuere: latus lancea sæua fidit.
Te propter malacum dentalis vomis arauit
Dorsum; te propter vulnera mille tulit.
Te propter splendens facies percussa: dolore
Laxatum corpus; brachia pressa cruce.
Te propter cubitus iuncturis hiscit apertis,
Non medicaque perit parte, reuulsa caro.
Te propter quæuis millenis membra fuêre
Hispida vulneribus, saucia mille plagis.
Horum causa manes, tamen es non ipsa, moratus
In terris Deus, hæc altera causa manet.

Hæc perferre fugis? fugias consortia mundi.
Non verseris vbi vapulat ipse Deus.

LXVIII.

Quatuor lustris, quanto magis aruit, tanto deinceps, amoris diuini Concepit flammas puriores.

TEllus Virginis aret; apprehensi
Flores (quid facimus?) periclitantur.
Tabescunt, nimiamque siccitatem
Detrectant, caput attremunt genasque,
Abnutant abaphos pati calores
Quæremusne petram foraminosam,
Olim Porta dabat Capena * qualem?
Hæc portentificis liquetur vndis;
Protunc Romuleæ redundet vrbi;
Dum sacratior oblitescit vnda
Nobis est lapis alter: ingrauescit
Virtus altera, quam pluit sereno
Cælo; nubibus aduocata nullis.
Immortale iubar Trinunitatis,
Iungens vtraque Christus, angularis
Nobis Petra rubens cruore sacro.
Irroratus amore liberali,
Diffusus bonitate sumptuosa.
Æternusque calor, deosculato
Inspiratus ab vtriusque labro.
Hi fundunt pluuias amoris. Ille
Percussus Crucis aggrauante virga,
Alter flamine deuocatus, imo
Tractus pectoris impetu gementis,
Mentes compluit imbre Charitatis.
Non ergo vereare siccitate
Distringi; pluuialis ardor iste.
Diffidisne Deo? creabit vndas,
Qui promptus fuerat creare cælum,

* In

* *In Capena Porta Romæ, seruabatur Manalis lapis, quem in siccitate trahebant; & redundabat pluuia.*

LXIX.

Remedium spirituali siccitati.

PHœbe tuos Haliartus ager dum ferre calores
Respuit, & sicco gutture stridet aquas.
Bœotus responsa tulit quæsita Colonus,
Obuius est quisquis, primus hic ense cadat:
Occurrit soboles misso gratissima Patri;
Cæsaque, nata suo sanguine stagna dedit.
Fabula mutato de te sit nomine, siccum
Pectus qui supero fonte leuare cupis.
Vnica stat soboles, Christo mactanda VOLVNTAS.
Deperit hac cæsa cordibus orta sitis.

LXX.

Diutius arida, vulnerati aspectu Saluatoris, resoluitur in lacrymas.

COrdis languet amor ! grauem sodali
Confirmare laborat amne terram.
Depresso gemitu precatur vndas,
Deposcitque malagma siderale.
Qualem forte modum lenis vetustas,
Inuento tenuit Iouis Lycæi
Assertum damus ? absit inquinatum
Querna fronde, Iouis mouere fontem,
Seu torquere leues madore nubes.
Succensum cor amore, Passioni
Vectigale; mouebit ipse Christus
Querna fronde Crucis mouebit ipse.
Intrò diffluet interim perenni
Vdum pectus aquâ; regerminabit
Optatus viror; arua scrupulosa,
Gaudebunt animata rore sacro.

Pressi culmina montis eliquescent,
Exemplo pietatis explicata.

LXXI.

Se maximas Patrocinio Deiparæ percepisse, refert gratias.

PElasga tellus æstibus calens Phæbi,
Falsò pluentis ambiat Iouis Numen.
Aram lacerto mons * Hymettus abrupto
Deo Imbrioni portet elaboratam.
Inops Democritus † vagas ciat nubes,
Collum, caputque robori ligans, pigri
Chamæleontis; alluat frequens lympha.
Et Indus oret DOLIVM * suum, vecors,
Rituque diuino colat: fatigatam
Id ariditudinem liquet; superducat
Vndas apertum: Flere fingitur densas
Coagulatione nubium cupas,
Terrasque delauare Dolium fallax.
Quæ Thesbiano visui subingesta
Nubes; Prophetarum corona mentalis,
Hæc obstinatam colluens Palestinam,
Prius caput rigauerat sacra luce,
Post, siccitatem dissipauit Eliæ.
In monte Carmeli latens, abaptistam
Formam videt thalassinæ nubis. †
Persona Magnæ, creditis, Dei Matris,
Figura pulchritudinis Marianæ,
Integritatis apsis & scopus: quasi
Vestigium; non est tamen redargutum
Vestigium; liberrimus pedi est passus.
Lutosus Adam, proh! cohæserat limo,
Sordente plantam labe scandalizauit.
Conclusione vicit vniuersali,
Originali merserat luto mundum.
Inter fretum terramque cautionalis

Præuen-

Præuenta cælico MARIA splendore,
Pellucido mari coorta; limosa
Enauigauit stagna gratiæ lintre.
Illimis vnda, fulgidissimam nubem;
Illustris ortus, liliaceas cunas;
Conceptionem Virginis canonizant.
Ligæa, lucidam, Pharus; Canopita,
Dilectione feruidam salutauit.
Candore VERBVM lactis azymi pastum,
Leuem * probauit; aureus IESVS.
Illapsus oris aridis pluor vitæ.
Ægyptiæ terræ iubar salutare,
Vbi premens lucente gratiâ noctem,
Stillas futuræ gloriæ supersparsit.
Huic THERESSA quidquid est, sacrat nubi;
Debet pudorem; virginariam vitam.
Refert amorem; possidet Deum Sponsum.
Hac vncta, maxima placet venustate,
Hac lota splendet innocentiæ sole.
Exsuscitata corde feruet ignito
Præoccupatum ne tamen cor vndarum
Fluenta conglobata diruant, Christus
Pandam reciprocis aquis viam fecit.
Contemperauit ignea viâ lymphas.
Gratisne sculpsit hanc? reformata
In filiorum corda, stagna deriuat.

* *Imbrion, seu Pluuius Iouis, in monte Hymetto colebatur contra siccitatem.*

† *Democritus pluuias putabat aduocari, collo & capite chamaleontis ad quercum alligato.*

* *Apud Indos ritu diuino dolium colebatur contra siccitatem propellendam.*

† *Lege c. 18. lib. 3. Reg. &* 41.

* *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.* Isaiæ 19.

LXXIII.

LXXII.

Diui Augustini libro Confessionum proficitt

AVGVSTINE Pater, tuusne sermo
Consentaneus, angulare cordis
Castellum penetrans; deambulansquè
Motu scrutinij sacratioris?
An præceps stylus in bonum, styloquè
Indemnis probitas, merensquè virtus?
In libris pietas pereruditis;
Paucis in pietate comparandus
Blinguis gemitus? renunciata
Vel confessio liberalis illa?
Accusatio consularis illa?
Commendata Deo, tibi salubris,
Nobis commoda, fecialis orbi?
Matrem compulit ore luctuoso,
Quæ non sueuerat, illa deprecari,
Quod non hauserat, id coæstimare.
Condemnat minimas amarulento
Insons pectore, depudetquè noxas;
Tædescit veluti piacularis,
Vilescit sibi, sumptuosa Christo;
Accusat mala nulla virgo prudens,
Excusat mala nulla, spiritalis
Decretoria, nec ligat Potestas.
His nil actibus Orbis Arbitrales
Irrupisse reum probant Magistri.
Deflet luctifico THERESSA cordes,
Enarrat quærula statum loquela,
Inscribitquè stylo tenaciore.
Scripto quæ pietas opinioso
Non commissa, notare disprobanda?
Ignorantia propalam retecta
Libro pleniùs indicata, magnæ

Virtu-

Virtutis nota, lucidæquè mentis.
Finalem palinodiam ciere,
Assertum reuocare dogma, sparsam
Retractare thesin, minùs probatam;
Intellectibus id probis tributum,
Quos non ambitio mouet soluta.
Virtus optima sic imaginari,
Planum lumen eò mouere mentis.
Virtus maxima, nostra dum voluntas,
Sit fraudis licet (improbatur) expers.
Laus est intima, culpitasse VELLE,
Defectus, tenuesquè diminuti
Noxas pectoris abdicasse; scriptis
Has quid sit, patulis recensuisse?
Exemplo simili, nimisquè raro
Non sic disproba facta reprobauit.
Hanc AVRELIVS intulit sequelam.
Pauci qui teneant MERVM FATERI
Cælestis calamus, calensquè lingua †
Adsit, comperiet cor abnegatum.
Naturam speculata nil valere
Desit Gratia si peculiaris.
Naturam fugit; &, sibi fidelis;
TOTVM quò capiat, NIHIL * pauescit.

* *Libro Vita sua, confitetur, & condemnat leuissimas quasdam suas culpas.*

† *Lingua mea calamus scribæ.* Psal. 44.

* *Duplex huius sensus. Primò, nihil pauescit; id est, peccatum. Secundò, nihil pauescit; quia poterit omnia in eo, qui confortat.*

LXXIII.

Humanæ valedixerat necessitudini, & continuò à Christo audiuit.

Nolo posthac cum hominibus, sed cum Angelis conuerseris.

Sola

SOla, vacans Christo, quæ manserat æde paterna
Aligerûm Superis iungitur ecce choris.
Sola morans, desueta loqui: taciturna tenere,
Nouit labra suo psallere corde Deo.
Dicere mente solent MENTES, non ore supernæ.
Virgo silens, pariter dicere mente studet.

LXXIV. De eodem.

Qui facis Angelos tuos Spiritus, & Ministros tuos ignem Vrentem. Psal. 103.

VIderat humano lepidam pro more, THERESSAM;
Terrenam subitò credidit orbis hebes
Angelicam Christus pronuntiat; astra mouere
Angelicum pariter docta ciere melos.
Successêre noui mores, nouus ordo, THERESSA
ANGELA sit posthac, nomine dicta nouo.
Corrigo dicta: facis iaculatæ facta ministra
Flammea corda gerit, sit noua virgo SERAPH.

LXXV.

De eodem.

Et de Aßistentia visibiliter Specialis Angeli.

MEns pronunc humana luto sociata iugali,
Protinus Angelico non valet ore loqui.
Dumquè vagum limo reuocat phantasma * lutoso,
Singula, quæ tunicant, lumine membra secat.
Materies limosa tibi riget vlla, supernis
Iungeris; & simili crederis ore loqui.
Nec mirum! Superi feruescunt igne ministri,
His compar; gaude, par iniisse iubar.

* *Phantasmata vt intelligantur, ab intellectu agente, à sua singularitate depurantur.*

LXXVI.

Tanta fuerat Virginis puritas, vt nullos motus rebelles in carne pertulerit.

FOrtia vina tenax modicum corrumpit acetum,
Tantillusquè cremat fertile carbo nemus.

Detur.

Deturpant facilem consortia pessima mentem;
Optima, condecorant, candida verba mouent.
Fortè Prophetarum cuneo dum Saulus inhæsit,
Ipse prophetali mente potitus erat.
Causam disce, proba: motus haud passa rebelles,
Manserat Angelicis iuncta Virago Choris.

LXXVII.

ELOGIVM

S. P. FRANCISCI de Borgia SOC. IESV. Gen.
Scilicet
In hac Virgine Spiritum Dei habitare.

SPIRATI sunt Signa DEI. SONVS, IGNIS, in ora
LINGVA docens; NVBES clara, COLVMBA pudens.
CONSONAT in laudem Christi, quo lumen agente,
NVBES facta, stylo fulgurat, ore tonat.
Ignita loquitur LINGVA; denata COLVMBAM
Induit; apta cauo nidificare Polo.
NVBIS erat, volucrisque SONVS, facilisque COLVMBA
LINGVAque, flammigeri tessera sacra DEI.
Omnia FRANCISCVS penetrans hæc signa; locutus
SPIRATVM verè hic irradiasse DEVM.

LXXVIII.

Diuina solatia, Raptus, & Extases, quo magis repellebat, eo maiores referebat.

MVnifico, cumulata, modos imponis, & inquis,
Pone modos, habeat gratia Christe modos.
Ah frustra cursum lentescis; flumina, nescis?
Quò magis obsistas, tàm magis illa ruant.
Nec Deus, existens Amor est qui, Gratia; qui per
ESSE bonus; per te desinet esse bonus.

LXXIX.

De eodem.

ARtitum video sapientis virginis astum,
Flumina dum prohibet, prouocat illa magis.

LXXX

LXXX.

Primo diuini amoris raptu, consolationes quasque, etiam diuinas docta respuere.

CRediti s! esse DEVM quisquis non dicit amatum:
OMNIA: nos talem dicimus esse NIHIL.

LXXXI.

Tantis cumulata gratijs, abstractiùs vacat solitudini.
O quam mihi terra desipit, dum cælum aspicio.
Verba S. IGNATII Soc. IESV Patr.

FVlgida, mente sacra spectas dum sidera cæli,
Desipit IGNATI lurida terra tibi:
Conspexisse iuuat; meliùs, gustasse iuuabit:
Exemplo tanti hùc deproperate Viri.
Degustare tamen potis haûd, qui cernere nolit.
VELLE calorifici, visio causa; liquet,
Tantùm gustabit, quantùm cognoscet; amoris
Ansa iubar; faculæ crescere luce manent.
Tantùm cognoscet, quantùm sua lumina claudet:
Tantùm concludet, quàm magè claudus erit.

LXXXII.

Maximis fauoribus cælitus illustrata, seducta credebatur & illusa.

NAtura pronunc diminuta limini,
Multumquè succidiua; Septenariæ
Communicanda gratiæ Charismata,
Nequit coæstimare, vel secernere.
Originem miratur amnis abditi:
Deonè fonte prodeat riuus frequens?
Seductor infernalis an quo colluit,
Putrisquè styx inebrians exasperat;
Malam tamen determinat partem super,
Id mens lenis motus vomit, pronunc, rea.
Illusionis prorsus asserit ream,

Cuius

Cuius cor vrit feriâ polus face,
Obnoxiamquè machinarij genî,
Quæ destinatur Angelis nuperrimè:
Feruentiore Spiritu vicinior
Reciprocum sic post Hosanna Filio
Dauid, Creator & Redemptor omnium,
Homo Deusquè Christus, histrionicæ.
Plebi receptus est ; peremptus interim.
Iudæa vecors hunc perosa pessimè;
Internecinâ perdidit Deum cruce.
Et quod meum cor intimè cohorruit!
Calumniabatur SVPERSVBSTANTIA
Ipsumquè STARE; stare vi Beelzebub.
Obscura sic mens absonat luci sacræ ;
Obliuione peruicace corruit,
Et cor amarum deficit summo Bono.
Hypostasi suâ sibi præsens Deus.
Absensnè ? vel nihil quod est, hunc fulciet.
Mens accidentem gratiam non percipit,
An cognitura, quæ per ESSE stat suum ?
Nec hanc : nisi sit transeunter. * insita.
Proteruiam quid increpo ? cadit suâ.
Seû mole, seû liuore torpido cadit.
VERBVM paternæ toticeps ESSENTIÆ
PATRI ; SIBI ; PARIquè præsentissimum.
STAT ; vniuersum quod creauerat regit.
Id æstimat valore quo putas ? mero
Suo cruore purpurascit, abluit.
THERESSA Sponso congruit; fert scommata.
Quid cor amoris perspicax palatium ?
Cælestiùmquè lùminum cælum nouum ?
Vbi diescit sol Deus præsens, ibi
Momus bouinatur stygem noctescere.
Toruoquè duci spiritu mentem sacram.
Hallucinatur liuor execrabilis.

Spiritus De
Semel locu

FÆcundaturus
Ipse super c
Et DEVS humana
Sæpius hum
Et VERBVM se
Mente seme
Relligiosa Pare
Credite Io

Samaritana e
Domin
FLumina lym
His mansu

Despondi eni

Charitas Dei
sanct
VNi iuncta vi
A Sponso d

Ecce nubecula p

SVrgentis pel
Præuidet,

Et expresso G
VEllerís hæ
Consperf

Dant; Genitor VITAM, Natus recreante Salutem
Sanguine: Farre sacro Spiritus almus alit.
Hoc verbo fuerat Medicata THERESSa: per illud
Depulso redijt, pensa timore salus.
Quid ni sic fieret? non infert cordibus absens
Tanta malum; præsens, credite, quanta bonum.
Officijs etiam proprijs numerentur, habet non
Tot mala vile malum, quot bona grande bonum.

* S. *correspondet Filio Redemptori.* V. *Patri Creatori.* M. *Spiritui sancto Prouisori; Mactea ergo sunt pretiosa edulia, sicut canit Ecclesia sancta, o quam suauis est Domine Spiritus tuus.* &c.

LXXXIV.
De eodem verbo *SVM.*

Sum, sonat æternam Triadem, fert litera triplex
PERSONAS; vnum vox colit vna DEVM.
Illius exprimitur quoduis monogramma columnis.
Concrescit numero terna columna suo.
Vnica prima Patrem; Genitum notat altera dupla.
Pneuma sacrosanctum tertia tripla refert.
Æquales reddit vis vnica; lumen; & ESSE,
Gloria; Velle; Decus; toticipata Tribus.
Nunquam decurrit præsentia; nulla futura
Tempora: stat præsens æuifer ipse Deus.
Omnes naturâ; tamen almus origine Primus
Est Pater ad Parilem, sunt vter ad similem.

LXXXV.
Non te deseram.

CVncti deserimus, solus non deseris; ergo
Verè es, qui præstas talia, Christe Deus.

LXXXVI.
Per hæc verba. *Ego Sum.* Maxima animi serenitate potita est.

Pressi culmina montis eliquescent,
Exemplo pietatis explicata.

LXXI.

Se maximas Patrocinio Deiparæ percepisse, refert gratias.

PElasga tellus æstibus calens Phœbi,
Falsò pluentis ambiat Iouis Numen.
Aram lacerto mons * Hymettus abrupto
Deo Imbrioni portet elaboratam.
Inops Democritus † vagas ciat nubes,
Collum, caputque robori ligans, pigri
Chamæleontis; alluat frequens lympha.
Et Indus oret DOLIVM * suum, vecors,
Rituque diuino colat: fatigatam
Id ariditudinem liquet; superducat
Vndas apertum: Flere fingitur densas
Coagulatione nubium cupas,
Terrasque dclauare Dolium fallax.
Quæ Thesbiano visui subingesta
Nubes; Prophetarum corona mentalis,
Hæc obstinatam colluens Palestinam,
Priùs caput rigauerat sacra luce,
Post siccitatem dissipauit Eliæ.
In monte Carmeli latens, abaptistam
Formam videt thalassinæ nubis. †
Persona Magnæ, creditis, Dei Matris,
Figura pulchritudinis Marianæ;
Integritatis apsis & scopus: quasi
Vestigium; non est tamen redargutum
Vestigium; liberrimus pedi est passus.
Lutosus Adam, proh! cohæserat limo,
Sordente plantam labe scandalizauit.
Conclusione vicit vniuersali;
Originali merserat luto mundum.
Inter fretum terramque cautionalis

Breuem

Præuenta cælico MARIA splendore,
Pellucido mari coorta; limosa
Enauigauit stagna gratiæ lintre.
 Illimis vnda, fulgidissimam nubem;
Illustris ortus, liliaceas canas;
Conceptionem Virginis canonizant.
Ligæa, lucidam, Pharus; Canopita,
Dilectione feruidam salutauit.
Candore VERBVM lactis azymi pastum,
Leuem * probauit; aureus IESVS
Illapsus oris aridis pluor vitæ.
Ægyptiæ terræ iubar salutare,
Vbi premens lucente gratiâ noctem,
Stillas futuræ gloriæ superspar sit.
 Huic THERESSA quidquid est, sacrat nubi;
Debet pudorem; virginariam vitam;
Refert amorem; possidet Deum Sponsum.
Hac vncta, maxima placet venustate,
Hac lota splendet innocentiæ sole.
Exsuscitata corde feruet ignito:
 Præoccupatum ne tamen cor vndarum
Fluenta conglobata diruant, Christus
Pandam reciprocis aquis viam fecit.
Contemperauit ignea viâ lymphas.
Gratisne sculpsit hanc? reformatam
In filiorum corda, stagna deriuat.

* *Imbrion, seu Pluuius Iouis, in monte Hymetto colebatur contra siccitatem.*

† *Democritus pluuias putabat aduocari, collo & capite chamaleontis ad quercum alligato.*

* *Apud Indos ritu diuino dolium colebatur contra siccitatem propellendam.*

† *Lege c. 18. lib. 3. Reg. & 41.*

* *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. Isaiæ 19.*

LAVdo.

LXXII.

Diui Augustini libro Confeſsionum proficit.

AVGVSTINE Pater, tuuſne ſermo
Conſentaneus, angulare cordis
Caſtellum penetrans, deambulanſquè
Motu ſcrutinij ſacratioris?
An præceps ſtylus in bonum, ſtyloquè
Indemnis probitas, merenſquè virtus?
In libris pietas pereruditis;
Paucis in pietate comparandus.
Blinguis gemitus? renunciata
Vel confeſſio liberalis illa?
Accuſatio conſularis illa?
Commendata Deo, tibi ſalubris;
Nobis commoda, fecialis orbi?
Matrem compulit ore luctuoſo,
Quæ non ſueuerat, illa deprecari;
Quod non hauſerat, id coæſtimare.
Condemnat minimas amarulento
Inſons pectore, depudetquè noxas;
Tædeſcit veluti piacularis;
Vileſcit ſibi, ſumptuoſa Chriſto;
Accuſat mala nulla virgo prudens;
Excuſat mala nulla, ſpiritalis.
Decretoria nec ligat Poteſtas.
His nil actibus Orbis Arbitrales
Irrupiſſe reum probant Magiſtri.
Deflet luctifico THERESSA cordes,
Enarrat querulâ ſtatum loquelâ,
Inſcribitquè ſtylo tenaciore.
Scripto quæ pietas opinioſo
Non commiſſa, notare diſprobanda?
Ignorantia propalam retecta
Libro pleniùs indicata, magnæ

Virtu-

Virtutis nota, lucidæquè mentis.
Finalem palinodiam ciere,
Assertum reuocare dogma, sparsam
Retractare thesin minùs probatam;
Intellectibus id probis tributum,
Quos non ambitio mouet soluta.
Virtus optima sic imaginari,
Planum lumen eò mouere mentis.
Virtus maxima, nostra dum voluntas,
Sit fraudis licet (improbatur) expers.
Laus est infima, culpitasse VELLE,
Defectus, tenuesquè diminuti
Noxas pectoris abdicasse; scriptis
Has quid sit, patulis recensuisse?
Exemplo simili, nimisquè raro
Non sic disproba facta reprobauit.
Hanc AVRELIVS intulit sequelam.
Pauci qui teneant MERVM FATERI
Cælestis calamus, calensquè lingua †
Adsit, comperiet cor abnegatum.
Naturam speculata nil valere
Desit Gratia si peculiaris.
Naturam fugit; &, sibi fidelis;
TOTVM quò capiat, NIHIL * pauescit.

* *Libro Vita sua, confitetur, & condemnat leuissimas quasdam suas culpas.*

† *Lingua mea calamus scribæ.* Psal. 44.

* *Duplex huius sensus. Primò, nihil pauescit; id est, peccatum. Secundò, nihil pauescit; quia poterit omnia in eo, qui confortat.*

LXXIII.

Humanæ valedixerat necessitudini, & continuò à Christo audiuit.

Nolo posthac cum hominibus, sed cum Angelis conuerseris.

Sola

SOla, vacans Christo, quæ manserat æde paterna
Aligerûm Superis iungitur ecce choris.
Sola morans, desueta loqui; taciturna tenere,
Nouit labra suo psallere corde Deo.
Dicere mente solent MENTES, non ore supernæ.
Virgo silens, pariter dicere mente studet.

LXXIV. De eodem.

Qui facis Angelos tuos Spiritus, & Ministros tuos ignem Vrentem. Psal 103.

VIderat humano lepidam pro more, THERESSAM;
Terrenam subitò credidit orbis hebes
Angelicam Christus pronuntiat; astra mouere
Angelicum pariter docta ciere melos.
Succeſſère noui mores, nouus ordo, THERESSA
ANGELA sit posthac, nomine dicta nouo.
Corrigo dicta: facis iaculatæ facta ministra
Flammea corda gerit, sit noua virgo SERAPH.

LXXV.

De eodem.

Et de Aßistentia visibiliter Specialis Angeli.

MEns pronunc humana luto sociata iugali,
Protinus Angelico non valet ore loqui.
Dumquè vagum limo reuocat phantasma * lutoso,
Singula, quæ tunicant, lumine membra secat.
Materies limosa tibi rîget vlla, supernîs
Iungeris; & simili orederis ore loqui.
Nec mirum! Superi feruescunt igne ministri,
His compar; gaude, par iniſſe iubar.

* *Phantasmata vt intelligantur, ab intellectu agente, à sua singularitate depurantur.*

LXXVI.

Tanta fuerat Virginis puritas, vt nullos motus rebelles in carne pertulerit.

FOrtia vina tenax modicum corrumpit acetum,
Tantillusquè cremat fertile carbo nemus.

Detur.

Deturpant facilem consortia pessima mentem;
Optima, condecorant, candida verba mouent.
Fortè Prophetarum cuneo dum Saulus inhæsit,
Ipse prophetali mente potitus erat.
Causam disce, proba: motus haud passa rebelles,
Manserat Angelicis iuncta Virago Choris.

LXXVII.

ELOGIVM

S. P. FRANCISCI de Borgia SOC. IESV. Gen.
Scilicet
In hac Virgine Spiritum Dei habitare.

SPIRATI sunt Signa DEI. SONVS, IGNIS, in ora
LINGVA docens; NVBES clara, COLVMBA pudens.
CONSONAT in laudem Christi, quo lumen agente,
NVBES facta, stylo fulgurat, ore tonat.
Ignitâ loquitur LINGVA; denata COLVMBAM
Induit; apta cauo nidificare Polo.
NVBIS erat, volucrisque SONVS, facilisque COLVMBA
LINGVAque, flammigeri tessera sacra DEI.
Omnia FRANCISCVS penetrans hæc signa, locutus
SPIRATVM verè hic irradiasse DEVM.

LXXVIII.

Diuina solatia, Raptus, & Extases, quo magis repellebat, eo maiores referebat.

MVnifico, cumulata, modos imponis, & inquis,
Pone modos, habeat gratia Christe modos.
Ah frustra cursum lentescis; flumina, nescis?
Quò magis obsistas, tàm magis illa ruant.
Nec Deus, existens Amor est qui, Gratia, qui per
ESSE bonus; per te desinet esse bonus.

LXXIX.

De eodem.

ARtitum video sapientis virginis astum,
Flumina dum prohibet, prouocat illa magis.

LXXX

LXXX.

Primo diuini amoris raptu, consolationes quasque, etiam diurnas docta respuere.

CRedidis ! esse DEVM quisquis non dicit amatum:
OMNIA : nos talem dicimus esse NIHIL.

LXXXI.

Tantis cumulata gratijs, abstractiùs vacat solitudini.
O quam mihi terra desipit; dum cælum aspicio.
Verba S. IGNATII Soc. IESV Patr.

FVlgida, mente sacra spectas dum sidera cæli,
Desipit IGNATI lurida terra tibi :
Conspexisse iuuat ; meliùs, gustasse iuuabit :
Exemplo tanti hùc deproperate Viri.
Degustare tamen potis haûd, qui cernere nolit.
VELLE calorifici, visio causa ; liquet.
Tantùm gustabit, quantùm cognoscet ; amoris
Ansa iubar ; faculæ crescere luce manent.
Tantùm cognoscet, quantùm sua lumina claudet :
Tantùm concludet, quàm magè claudus erit.

LXXXII.

Maximis fauoribus cælitus illustrata, seducta credebatur & illusa.

NAtura pronunc diminuta limini,
Multumquè succidiua ; Septenariæ
Communicanda gratiæ Charismata,
Nequit coæstimare, vel secernere.
Originem miratur amnis abditi.
Deonè fonte prodeat riuus frequens ?
Seductor infernalis an quo colluit,
Putrisquè styx inebrians exasperat ;
Malam tamen determinat partem super,
Id mens lenis motus vomit ; pronunc, rea.
Illusionis prorsùs asserit ream,

Cuius

Cuius cor vrit feriâ polus face,
Obnoxiamquè machinarij genî,
Quæ destinatur Angelis nuperrimè:
Feruentiore Spiritu vicinior
Reciprocum sic post Hosanna Filio
Dauid, Creator & Redemptor omnium,
Homo Deusquè Christus, histrionicæ
Plebi receptus est; peremptus interim.
Iudæa vecors hunc perosa pessimè;
Internecinâ perdidit Deum cruce.
Et quod meum cor intimè cohorruit.
Calumniabatur: SVPERSVBSTANTIA
Ipsumquè STARE, stare vi Beelzebub,
Obscura sic mens absonat luci sacræ;
Obliuione peruicace corruit,
Et cor amarum deficit summo Bono.
Hypostasi suâ sibi præsens Deus.
Absensnè? vel nihil quod est, hunc fulciet.
Mens accidentem gratiam non percipit,
An cognitura, quæ per ESSE stat suum?
Nec hanc: nisi sit transeunter * insita.
Proteruiam quid increpo? cadit suâ.
Seû mole, seû liuore torpido cadit.
VERBVM paternæ toticeps ESSENTIÆ
PATRI; SIBI; PARIquè præsentissimum.
STAT; vniuersum quod creauerat regit.
Id æstimat valore quo putas? mero
Suo cruore purpurascit, abluit.
THERESSA Sponso congruit, fert scommata.
Quid cor amoris perspicax palatium?
Cælestiumquè luminum cælum nouum?
Vbi diescit sol Deus præsens, ibi
Momus bouinatur stygem noctescere.
Toruoquè duci spiritu mentem sacram.
Hallucinatur liuor execrabilis.

Duci negamus; allegamus ducere,
Et quo velit torquere, vel sub tartara.
En inquilinum cor Dei numen gerens,
Contra polares perfugas armat manum.
Sacram recandescit leuans acinacem
Vibrat Crucem formidolosam, Crux Chalybs
Exasciatus innocentia Dei,
Acuminatus orthodoxo lumine,
Diuinitate feruidus, Christi potens
Summi valoris vsuali sanguine.
Hoc hoc peracta, prouocat totam stygem.
Redulceransquè millies vires pigras,
Si quid patescunt protinus cedunt, cadunt,
Suis fatiscunt viribus tyrannicis.
Trophæa fulgent excitis victorijs.
Crescunt trophæis fertiles victoriæ.
Armata custodire castra cernimus,
Nouam Samariten THERESSIAM cano,
Seruare donum quodquè sanctitudinis.
Nec hydriâ, sed corde liliaceo
Aquas podoris haurientem, præuiâ
Despectione, subsequente GRATIA.

* *Pro hoc statu mortali, visio beatifica dari nequit per modum habitus, sed tantùm per modum transeuntis & fluenter. Ita fuerat communicata Moysi; S. Paulo Apostolo. Et de S. Matre nostra THERESSIA problema sit.*

LXXXIII.

Interno timore, sannis externis, ac sarcasmis exagitata, à Christo animatur.

Noli timere filia, non te deseram.

EGO SVM.

SVM, tria verba gerit, nobis optata; SALVTEM
Fert, VITAMquè vehit; MACTRA * grata parit

Dans

Dant; Genitor VITAM, Natus recreante Salutem
Sanguine: Farre sacro Spiritus almus alit.
Hoc verbo fuerat Medicata THERESSa: per illud
Depulso redijt, pensa timore salus.
Quid ni sic fieret! non infert cordibus absens
Tanta malum; præsens, credite, quanta bonum.
Officijs etiam proprijs numerentur, habet non
Tot mala vile malum, quot bona grande bonum.

* S. *correspondet Filio Redemptori.* V. *Patri Creatori.* M. *Spiritui sancto Prouisori; Mactea ergo sunt pretiosa edulia, sicut canit Ecclesia sancta, o quam suauis est Domine Spiritus tuus. &c.*

LXXXIV.

De eodem verbo *SVM.*

Sum, sonat æternam Triadem, fert litera triplex
PERSONAS; vnum vox colit vna DEVM.
Illius exprimitur quouis monogramma columnis.
Concrescit numero terna columna suo.
Vnica prima Patrem; Genitum notat altera dupla.
Pneuma sacrosanctum tertia tripla refert.
Æquales reddit vis vnica; lumen; & ESSE,
Gloria; Velle; Decus; toticipata Tribus.
Nunquam decurrit præsentia; nulla futura
Tempora: stat præsens æuifer ipse Deus.
Omnes naturâ; tamen almus origine Primus
Est Pater ad Parilem, sunt vter ad similem.

LXXXV.

Non te deseram.

CVncti deserimus, solus non deseris; ergo
Verè es, qui præstas talia, Christe Deus.

LXXXVI.

Per hæc verba. *Ego Sum.* Maxima animi serenitate potita est.

Perfecta Charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4.

NArratur perfectus amor de corde timorem
Pellere, & angustos amplificare lares.
Nuper hibernali virgo constricta timore,
Soluitur à VERBO feruida Christe tuo.
Sic amor insequitur verbum; * nisi dicere malis,
Christus Amor quo cor ferbuit, ipse fuit.
* *Nihil amatum, nisi cognitum.*

LXXXVII.

Contra dæmones animosior, arreptâ Cruce Dominicâ, eos in certamen prouocabat.

VIctores victo vincis; nec vincitur vltra,
Qui semel optata sub Cruce victus erat.
Illi vincuntur, malè qui vicere: sed iste
Se benè qui passus vincere, victor ouat.
Iam calidus VICTORE Deo superatur Auernus,
Virgo etiam VICTO, iam superatur amans
O quàm diuerso victoria constat honore?
Sic vinci stat, sic vincere (disce) cadit.

LXXXVIII.

Obedit Confessori; à quo, Christus iubebatur sannis excipi.

QVis cæcus noctem tenebris propellit, & ipsa
Luce diem; diuâ quis Cruce quæso Deum?
Visu nascentem, visu quis vincit amorem,
Quæ fugat amplexu, quos amat, ossa parens?
Quo trahitur magnes, theamedes pellitur illo,
Et non impetitur retibus vnda fugax
Monstrat virgo Crucem, gestitquè repellere Christum,
Fallitur: amplexa prenditur ille Cruce.

LXXXIX.

Obedientiam præfert apparitionibus Christi Domini.

DEmersi pisces liquidis capiuntur in vndis;
Ceruus amat fontes; cautibus instat ibex

Assuetæ

Assueræ ripis volucres penetrantur in illis.
Christus amat roseam, quam tulit ipse Crucem.
Piscari Christum qui vult: Crux hamus, arundo,
Sit subijci; sit amor funis: at æquor homo est.

XC.

Irrisiones, quas Christo apparenti sibi, iussu cuiusdam directoris irrogauerat, ab eodem humiliter, easdem statim deprecabatur.

Et sine ipso factum est nihil *Ioan. 1.*

Peccatum absque Deo factum est, quod nihil est.

A Virtute NIHIL nasci, non credo: sinistrum
Dextræ nil vitium dexteritatis habet.
Ecce tamen virtus apis est, sapit; ipsa fideli,
Nobile, (dimisso felle) mel, ore legit.
Extra sic igitur sphæram studiosa; videtur
In Sanctis præstans OMNIA: posse NIHIL.

XCI.

De eodem.

A Virtute nihil, non est nil: gaudeat ergo
Ipsa sibi sobolem, se genuisse parem.

XCII.

Christus sannis exceptus admirabilem obedientiam collaudauit.

IVsta timet: laudata tremit; benefacta veretur:
De virtute etiam suspiciosa gemit.
Quàm procul à vitio docili perculsa timore,
Ne quod virtuti, dum pauet; obsit APEST.
Collaudat Christus, rectum qui iudicat ipsum.
PELLERE quid vetito, RECTIVS esse potest?

XCIII.

Defessis manibus in formanda Cruce, ad globulos precarias quam habebat, Christo sibi apparenti Crucem ostendebat; vt ita iussa Confessarij adimpleret.

Hanc Christus de manibus eius præreptam, & quatuor ornatam gemmis, longè diuersam restituit, quàm acceperat.

CAptet; amat quod quisq; , trahat sua quemq; voluptas;
Sola salutaris me trahet ansa Crucis.
Attamen acclinis non est Crux vna voluptas;
Mille voluptates gaudia mille dabit:
Aere fuit quondam signato tractus apella, *
Longinus fuso sanguine captus erat?
Iudæus nummis, ducatur sanguine miles;
Ducetur gemmis in Cruce virgo sitis.

* *Signatum æs, in Cruce serpens æneus.* Lege Num. 21. *Fit hic allusio ad pecuniam, quæ signatum æs dicebatur, quasi Iudæi ad Crucem trahebantur in deserto.*

XCIV.

De ijsdem gemmis, in Cruce inuentis.

Dicit piger, leo est in via. *Prou.* 26.

Leo Christus. Requiescens accubuisti vt leo. Gen. 49.

EXcusare piger torporem haud credo leone:
In mediâ poteris forte cubante viâ.
Nec serpente Crucis qui mansit in arbore, portes:
Quo minus ipse Crucis perpaucefactus onus.
Ecce Deus deuicit vtros; moriente leone
In Cruce, serpentis morsus, & ipse perit.
Serpentis mortem vitâ victrice secutam;
De Cruce, te, spolium, pendula gemma * docet.

* *Est certum serpentis genus, in cuius capite gemma innascitur.*

XCV.

De eodem.

Fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Dan. 3.

Ros est Christus Iesus, à SS. PP. per Isaiam postulatus.

Rora-

Rorate cæli desuper. Isaiæ 45.

IN medio mundi pelago Crux orta; dolorum
Fæta parens; solas gignere docta neces.
Ast vbi virgo Deum deduxit ab æthere; diuo
Contactu, baccâ Crux meliore nitet.
Mirandoque modo, fuerat quæ concha dolorum,
Humida rore sacro gemmea facta parens.
Ventus eras CHRISTVS, pietatis rore grauatus;
Quem Crux vt clausit; de Cruce gemma fluit.

XCVI.

Dicta Crux; gemmea videbatur S. Matri, simplex cæteris, vti erat antea.

CReuitis! illimem poterat non cernere gemmam,
Luscus humo, limi pondere visus hebes.
Splendida nec species tenebræ sociatur inani,
Nec fert ara Dagon, qua semel Arca stetit.
Vltrà! non satis est purgato cernere visu,
Nec satis vt multâ Crux bona luce cluat.
Qui trahis à longè speciem, sic accipe: cerni
In Cruce per medium * candida gemma nequit.

* *Res visibilis, iuxta Philosophos, & ipsam rationem, postulat medium. Sine medio, Crux amplecti postulat, non videri.*

XCVII.

De eadem sanctâ Cruce.

Talem tu posthac iugiter contemplaberis Crucem, qualem accipis. Verba Christi Domini.

QVæ pretiosa sibi litro, pretioque Salutis,
Gemmascit, quo sit Crux pretiosa tibi.
Et quæ diuino splendescit lumine; lumen
Allectura tuum sit speciosa tibi.
Et quæ coccineo turgescit pota cruore,
Gemmea virgineo picta colore nitet.

Quid

Quid sibi cuncta velint? Species externa figurat,
Intra sit placitæ gloria quanta Crucis.

XCVIII.

In Vna gemmarum dictæ Crucis quina Domini Sacra stigmata cernebantur.

STigmata quid rigido præstant adamante recepta?
Ipsa rudis Christi vulnera GEMMA GEMIT.

XCIX.

De eodem.

MArmore cor grauius, ferri Chalibisque tenore
Duriùs; ipsa smyris quod superare nequit.
Quid tua durities! scribi detrectat amore?
Non vltra scriptor pollice * sculptor amor.
Ergo sanguineis adamantina pectora guttis,
Et verbi cedent exagitanda stylo.

* *Alluditur ad Exodi cap. 31. Vbi duæ tabulæ testimonij lapideæ, scriptæ dicuntur digito Dei.*

C.

De iisdem quatuor gemmis in Cruce inuentis.

Trahe me post te, curremus in odorem Vnguentorum tuorum Cant. 1.
Vt iumentum factus sum apud te. *Psal.* 72.
Quadriga tua saluatio. Habac. 3.

QVisquis pedem (Cruci fatiscens) promoues,
Iterquè cæli deperis; hæc accipe.
Bello Ducem non præficis deperditus;
Et abſquè clauo nauigas æquor ferum.
Discretione destitutus es miser.
Casurus erras compitum seductilei
Perfectioni deuius, nunquam satis
Trahes medullam, cortici consentiens.
Importuosum derelinque tramitem.
Emancipare flexibus pessundatis.

Compen-

Compendio iuuante vis præcurrere?
Crux est viæ relicta consummatio.
Ingens procellarum rebellium stupor.
Incognitarum linter est Charybdium.
Currus triumphalis; lucerna gloriæ.
THERESSA toto corde complectens Crucem
Promota iumento sacro, cælos adit.
Tantoquè mentis detinetur balsamo,
Vectore quantum vulnerato diffluit.
Trahiquè nollet, concalescit creditam
Viam reassumptæ Cruci præmittere.
O Imperatrix, viua Montis Regula,
Nos inter, & Deum, Patrona nobilis;
Fastigiati grande Carmeli decus.
Tuâ, Parens & Virgo, pace sic loquar.
Necessitas te contrahat spontanea,
Laboribus concede mollioribus.
Est lacte, crede nunc opus bellatulo
Adoreosâ post cibaberis dape.
Viden! grauatur vector, indomabili
Cordis calore torrefactus deficit.
Suppone collum Sponsa pænali iugo,
Crucis labore libera Christum graui.
Cernis, fatigatus dolore cernuat.
Iam iamquè defetiscitur Sponsus tuus.
Tantisper ille consopiri postulat.
Tu ne moreris; comprehensam protinus
Crucem repandis brachijs depostula.
Onus resume nexibus reciprocis.
Quod si curule pondus haud deflectere
Vales, lacerto lenis heminario,
Supponit; ô quam prouidus! rotam nouam.
Passim cruento solus ille gesserat
Dorso Crucem, salutis heminam sacram;
Duram sibi, nobis inoffensam Crucem.

Gemmâ tibi circumglobante lacteos
Gemmâ quaternâ surrogante circulos,
Et vnctione profluente cælitus,
Quid his? Et vnctione Crux leuis tibi,
Gemmâquè quadrigaria velox Deo.

CI.

Cruce nuncupata cæcoV sus restitutus, quæ tamen, quod esset gemmea, non omnibus Videbatur.

NVbila quę cęcis restaurat lumina cerni
Lumine sit quanto Crux coamicta, nequit.
Non cupit obtutu profugo, vanoquè videri,
Portari satius Crux adamata cupit.

CII.

Magnanimitas DiuæMatris, in suff. renda Cruce Christi. Hinc illa Voces ab intimo depressa pectore.
AVT PATI, AVT MORI.

TE perspicacis magnipendo consilij.
Prudentiores pensitent hoc virgines,
Quando venustatis grauem plures ferunt
Tyrannidem; luem bibunt mephiticam;
Iugumquè terræ contrahunt grauissimum.
THERESSA cæli capta pulchritudine,
CHRISTOquè Sponsa postulata, pectore
Illi cohæsit, dexterâ sibi datâ.
Dignata mensâ regiâ; de vulnere
Sponsi voluptates bibit plenissimas.
Dum nugiuendâ diuagantur orbitâ,
Vias oberrant falsitatis inuias.
Orbi fugaci sensibus phantasticis
Hærent ad instar (plurimæ) testudinis.
Et iam paludis inferæ stagnum propè
Sitæ voluptâ, lucriones perditæ.
THERESSA semitam, (vocem cur semitam?)

Iter

Iter cucurrit regium, Crucis viam
Progressa mente, corde, passu libero.
PATI THERESSa postulat, vel id PATI
Si denegatur, virgo flagitat MORI.
Mori negatur; compati datur: manus
Clauo; cor igneo stylo transfigitur.
Vt VITA conquieuerat ligno Crucis,
Iam non ibi mors obtinet locum suum.
Vt CHRISTVS Immortalis attigit Crucem,
Eluxit Immortalis amplexus Crucis.
Quinas ego Sedes Dei recenseo.
Cælum; MARIA; mens humilis; Ecclesia
Christi thronus certissimus, Crux insuper.
Cælum proinde Crux, Creat THERESSIA
Cælos nouos, amore dum Crucis beat,
Et ipse solis intimi vices obit;
Hanc esse clari differenat consili.
Prudentiores id sequantur Virgines.

CIII.

De eadem sacra Cruce.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam. Cant. 8.

Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. ***Prou. 8.***

DElicias toto qui diffundebat olympo
Delicias humili quæsijt ille Salo.
Piscatuque trahens oblectamenta, refusum
Semet in angustum, miserat ergo fretum.
Cymba, cibusquè, caro: Deitas fuit hamus; arundo
Crux; mare mundus erat, mille pericla cijt.
Hic amor vt fragili progressus lintre, dolendum!
Heu simul ad mortem præcipitatus erat.
Nam mala (piscis homo) diuinum, præda, phaselum
In piscatoris traxerat icta caput.

Arserat

Arserat ille tamen coopertus fluctibus; inter
Arserat immodicas impluuiatus aquas.
At ne lympha furens mersum tumularet AMOREM,
Enat in arrepta naufragus ille Cruce.

CIV.

Quatuor gemmæ, in Cruce inuentæ, à S. BERNARDO definitæ.

His virtutum gemmis quatuor cornua Crucis ornantur, & est supereminens pars Charitas; à dextris Obedientia, à sinistris Patientia, in profundo radix omnium virtutum Humilitas.

FIrmauerat lapidè quaterno lectulum,
Et mansionem pectoris, CHRISTVS Crucem.
Nil est profundo firmius fundamine,
Cliens HVMILITAS est profundior styge:
Sed altior cælis; potentior Deo.
Hallucinor forsan: loquar quod sentio.
In vniuersum, quotquot vniuersitas,
Roboris habet, vel virium; risus Deo,
Creata vis, lusus, iocus, crepundia.
Sola Humilitas manus Deo ligauerat.
Hæc in MARIÆ sacrosancta viscera,
Præsepiùmquè vile CHRISTVM compulit.
Et in triumpho duxerat vinctum Deum.
Armauerat PATIENTIÆ læuam stylo.
Nil fortiùs PATI, beatiùs nihil.
Oportuit CHRISTVM pati pro gloria.
Dolore vera Charitas nosci petit.
Gemens amor, sinistra portans, gemmeus.
Suspectus inter, friuolùsquè prospera.
Ornauerat dextram tuam Sponsus cauâ
Gemmâ: ciere summa præstat prælia,
Cæloquè prosperante, mota vincere.
Vir OBEDIENS adaggerat victorias.

Iuuen-

Inuenta mulier fortis ora ab vltima.
Non indiget spolijs Vir eius inclytus.
Trophæa collo, dexteræ, capiti dedit;
Torquem, murænulas, Coronam: desuper
Monile cordi vulnerato, lanceam.
Ferrum calens, terret phalanges inferi.
Arcet polare pallium * frigus nequam.
Succenderat pectus tuum feruens amor,
In fronte gemma, CHARITAS; ipsum caput,
Possedit: ô quam fulgidæ gemmæ Crucis!
Gemmæ quaternæ. Quinta quæ sit? Crux erat.

*In Extasi, diuinitus acceperas pallium, gemmis ornatum pretiosis.

CVI.

Amoris occupatio.

Semel locutus est Deus. *Psal. 61.*

IESVS, recenter natus, perfectus Deus & Homo, taciturnus.

VEnandi studium, venabula, tela valete:
Piscandi melius me vocat, inquit, opus.
Aurea pro tragicis tendantur retia; nutet
Aurea pro riguo linea fine mihi.
Crux hamus; piscator amor; mare mundus; & esca
CHRISTVS Homo Diuo corpore, piscis homo.
Et ne præda silens,* VERBO reuocetur ACVTO,
Id simili comptum sit licet ore; silet.

** Apud Pythagoram silentij Symbolum, piscis est.*

F. ELISEI à S. MARIA
CARM. DISCALC.

EPIGRAMMATVM
LIBER SECVNDVS.

I.

Cor Virginis ignito Seraphico iaculo transfigitur.

Amore langueo. Cant. 2.

LAnguebat nuper Virgo febrilis amore,
Expertus criticis febribus adstat Amor.
Vtque probet morbum facularia pectora tangens,
Inuenit nimio pneumate cor petimi.
Impetus est, inquit, subitus, causalis origo
Morbi; temperiem cæsio sola feret.
Arreptaque secat præcognita cuspide corda,
Eruptasque mouens, voluit ad astra faces.
Egregius sanè medicus, qui vulnere solo
Prodest, hic solâ viuere morte dabit.

II.

De eodem.

Aperi mihi soror mea Sponsa. Cant. 5.

DIALOGVS.

Filius RElolue Mater, quid precor, prophetiset
Amore culta sciffio tui cordis?
Mater Christo calens cor, crede configuratur,
Sponsumquè Charitate sauciâ signat.
Filius Nouo cor igne concitatur indeses?
Mater Patens, amores prosequetur antiquos.

Filius Coarctat ostium? (*Mater*) sed hostium plantæ,
Quali pererrat orbe mundus immundus,
Dæmon, caroquè quantulâ supercalcat.
Filius Flammâ quid aureâ iubar serenatum?
Plagâ cor ictum vel Patulciâ feruens?
Mater Silentiosæ clausulæ stat hostile.
Amore clamat, ore concionali,
(Cælos id aptum permouere,) suspirat
Filius Tibi perennes ferias dicat Sponsus?
Mater Solenne sacrat tempus, & recollecti
Annos diesquè Iubili minurisat.
Sacras coagmentat faces: triumphales
Exoptat ignes, militantibus iungam.

III.

De eodem iaculo mystico.

Si percußißes quinquies, aut sexies, siue septies, percußißes Syriam vsq; ad consumptionem, nunc autem tribus vicibus, percuties eam. Verba S. ELISEI ad Ioas Regem Israel. 4. Reg. 13.

NOn opus est quatiat præcordia, terna sagitta,
Vnica nam totum subdere pectus habet.
Non opus est feriat percussio quina cor ardens,
Vnica quid cordi? vulnera quinque cauat.
Non opus est senis olidus crucietur auernus,
Vnica totalem frangit arundo stygem.
Non opus est agitet septenum missile pectus,
Vnica nam, septem missio dona dedit.

IV.

De eodem.

Dabis ei scutum cordis laborem tuum. Thren. 3.

VVlnera nonne labor? sudauerat vnda labore,
Dum rigidâ noster sub Cruce torret Amor.
Stigmata nonne tegunt CHRISTI tunicata rubore?
A stygio mundum texarat igne CRVOR

Stigmate nunc igitur ceu scuto pectus obarmat.
Sic sunt scuta labor, VVLNERA munit AMOR

V.

De eodem.

CÆditur ah! insonsque luit graue stigma, salutem
Infirmo, solidam, vulnere plaga dedit.
Lancea cor adigens, agilis manet vmbo, stylumque
Anteferens, omnem præcauet ecce stylum.

VI.

Lancea, scutum cordis.

VT summas nostro gazas in corde recondis,
Protinus exurgunt prælia summa mihi:
Illuc semen agis, confrugas verba salutis,
His aduersus hiat tartarus ille trifaux.
Mente cubas, mediante Fide; simul æmulus orbis,
Otia fausta furit rumpere mente vagâ.
Quid restat? contra præfata pericula, fortis
Armatus redimas ægide pectus inops.
Lancea sit scutum: telum videatur iniustum.
Dum tamen hæc pauidum cor tegit; ægis erit.

VII.

De eodem.

Ego dilecto meo. Cant. 6.

CRedimus innocuo Magnetem corde reclusum.
Qui virtute pari; ferrea tela trahat.
Magnus erat MAGNES Christi dilectio Magna.
Ferro stigmaticus, LANCEA CHRISTVS erat.

VIII.

De eodem.

Et ad me Conuersio eius. Cant. 7.

DIlexisse Crucem non credis? pectus honorum
Instar Magnetis, ferrea tela trahit!

IX.

IX.

De eodem.

Dabo eis cor carneum. Ezech. 11.

MOtus inoblito noxarum pondere, cuncta
Scripserat in stabili marmore facta Deus.
Affectu prorsus caruit, nec miror: inulta
Non sine mente fuit, qui sine carne fuit.
At postquam niueo tunicatur vellere carnis,
Expertus discit parcere FACTVS HOMO.
Læsus iussa Deus conscribat marmore IESVS
Pectore conscribit; quis potiore stylo?
Vix digito Decateuta * cauat; manus alma quiescit,
Feruens ne, supra crimina, frangat opus.
Tincto mi IESV qui pectora scribis amore,
Mollia, nec iaculo scribere corda time.
Scimus nec molli digito valuisse cauare
Olim scribentem petrea corda Deum.
Scribas ipse licet ferratâ cuspide, flectes;
Nunc tibi CHRISTE Deus carnea corda manent.

* *Decateuta Deus; qui Decem præcepta sua, digito suo, (qualiscunq; ille est) exarata, Israeli tradidit.*

X.

De eodem Seraphico iaculo.

Morsus tuus ero inferne. Oseæ 13.

QVi mordere volas mortali, pectora, dente;
Hic stylus aduersum te draco morsus erit.

XI.

De eodem.

MOEnia disijciunt victoribus: vicit amicum
Pectus flammigero verbere CHRISTVS AMOR.
Mœnia demissi pandantur cordis, & vltrò
Stet noua victori porta: triumphet AMOR.

XII.

De eodem.

EST honor immodicus consistere cordis in ara:
CHRISTVM; qui thronus est, qui sibi summus Honor.

XIII.

De eodem.

Ascensiones in corde suo disposuit. Psal. 83.

ASCensus posuit precibus; meritisque gradatim
Iuit, & enclitico pectore vicit iter.
Ascensus virtutis, erat descensus amoris,
Emeritus medio venit amore Deus.
At gradus esse potest porta sine? desine: Christo
Inuisus fias; huc venit ipse Deus.
Mortificante gradus extant virtute cauati:
Igniuomâ stabit cuspide porta Deo.

XIV.

De eodem.

CÆlesti genius; quæris; quis prosit amori?
Ille solet clauso gutture, corde loqui.

XV.

De eodem.

Ecce enim ego creo cælos nouos. Isaiæ 65.

FActurus cælum nisi iam fecisset, in ipsa
Cælos mente nouos conficit ipse Deus.
Sol VERBVM Christus; lumen stat gratia: stellæ:
Virtutes; motum fert amor; annat humus.
Sunt cæli; motusque nouus; sunt sidera; tandem
Fructus crede nouos, quos noua corda ferant.
Forsan vox deerit? cor amor discindit, aperto
Sic noua vox facto gutture facta nouo.

XVI.

De eodem.

Secun-

Secundùm cor tuum fecisti omnia. 2. Reg. 7.

FIssile cor Matris, Christi cor crede secundùm.
Addubitas? cordis vulnera cerne: leges.

XVII.

De eodem.

Lancea in lateribus. Num. 33.

QVæ commercia tela bellicosa
Cordi conciliant reuerberato?
Cor pacale latet; calente prorsus
Feruent impete tela fulgurita,
Armans missile dente ferue facto.
Bellum lancea mouit incruentum.
Scripsit Stemma suum sagitta præceps,
Molli vulnere pectus ampliauit.
Et ferro locus est, amoris ara,
Verbo præstat vbi silentioso?
Tædas continuat quotidianas:
Ardescit facibus cacuminatis?
Telum credimus igneum, perenni
Dum scindit cor, amore vulneratum,
Inflammans acuit suâ bipenni;
Tensæ pyramidisque more sursum,
Ignis qualiter euolauit, aptat.
Hæc commercia cordis ordinati
Telorumque manent amiciorum.

XVIII.

De eodem.

Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Apoc. 3.

NVmen eget: cunctos dapibus quod pascit opimis;
Id sibi quanta dari fercula poscit egens?

Cor.

Cor cibus: ille tonat, mortales pandite pectus,
In vestro licitas corde parate dapes.
Sic iterum lapidosa quatit vigil ostia: cardo
Tota rei; pronus limine cardo tuus.
Audijt hæc veneranda Parens: his instat: apertum
Cor petit: inuitat, cœna stat: aula patet.

XIX.

De eodem.

Inflammatum est cor meum. Psal 72.

TEllus agricolæ probata Christo,
Sacris missilibus repastinatur.
Illic indere virginale granum
Semet Christus amat; resuscitanda
Illic germina mille vult; futuros
Centenos ibidem vigere fructus.
Ergo si quis hebes frutex amæna
In terrá vacat, hunc arundinosâ
Aspiratus amor ferit sagittâ.
Et ne pullulet æmulo virore,
Qui manat, jaculo, calore flammat,
Absumit facibus redauspicatis.

XX.

De eodem.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed suprà candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucæ 11.

FAx erat illustri verbo, precibusque coorta;
Ast erat in medió pectore forte latens.
Viderat hæc operosus amor non, inquit; opaco
Hanc ego sub modio mitto latere facem.
Dixit: & ignitâ percussit arundine pectus,
Et clausum, toto sparsit in orbe iubar.

XXII.

XXI.

De eodem.

Singularis ferus depastus est eam. Psal. 79.

Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. *Isai.* 35.

Mutua Charitas inter Fratres Antiqua, & Primitiuæ obseruantiæ adstruitur.

NOn obstat ferus ille SINGVLARIS,
Adstrictoria nil promuscis eius,
Non partitio machinata paci,
Nec virus vapidâ recliue fauce.
Pacem schismate dissipare partim,
Affectabit aper coinquinatus?
Absit: nec metuit Decoris Ordo.
Sponsus iunxerat angulos vtrosque.
Est CHRISTVS lapis angularis; almæ
Assertor, benedixit Vnioni.
Sacro flamine cor inaugurauit.
Cunctis, quo pateat cliens recursus,
Toto pectore commorante plaga,
COMMVNEM fieri iubet Parentem.

XXII.

De eadem ignita lancea.

Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ioan. 14

Ipsemet Spiritus sanctus datur, & mittitur. *S. Thom. 1. p. q. 43. a. 3. in c.*

Aqui se le comunican todas tres Personas, Y la hablan, Y la dan a entender aquellas palabras, que dize el euangelio, que dixo el Senor que vernia el, Y el Padre, Y el Spiritu santo. &c. S. M. Theresa lib. Mans. cap. 1.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum *Psal.* 117.

ADuentura Trias celerem præmittit Ephebû,
Hic centrale paret, qui penetrale Deo.

Ille do-

Gemmâ tibi circumglobante lacteos
Gemmâ quaternâ surrogante circulos,
Et vnctione profluente cælitus,
Quid his? Et vnctione Crux leuis tibi,
Gemmâque quadrigaria velox Deo.

CI.

Cruce nuncupata caco visus restitutus, quæ tamen, quod esset gemmea, non omnibus videbatur.

NVbila quę cęcis restaurat lumina cerni
Lumine sit quanto Crux coamicta, nequit.
Non cupit obtutu profugo, vanoquè videri,
Portari satius Crux adamata cupit.

CII.

Magnanimitas Diuæ Matris, in suff. renda Cruce Christi. Hinc illæ voces ab intimo depressæ pectore.
AVT PATI, AVT MORI.

TE perspicacis magnipendo consili.
Prudentiores peniteat hoc virgines.
Quando venustatis grauem plures ferunt
Tyrannidem; luem bibunt mephiticam;
Iugumquè terræ contrahunt grauissimum.
THERESSA cæli capta pulchritudine,
CHRISTOquè Sponsa postulata, pectore
Illi cohæsit; dexterâ sibi datâ.
Dignata mensâ regiâ; de vulnere
Sponsi voluptates bibit plenissimas.
Dum nugiuendâ diuagantur orbitâ,
Vias oberrant falsitatis inuias.
Orbi fugaci sensibus phantasticis
Hærent ad instar, (plurimæ) testudinis.
Et iam paludis inferæ stagnum propè
Sitæ voluptâ, lucriones perditæ.
THERESSA semitam, (vocem cur semitam?)

Iter

Iter cucurrit regium, Crucis viam
Progressa mente, corde, passu libero.
PATI THERESSa postulat, vel id PATI
Si denegatur, virgo flagitat MORI.
Mori negatur; compati datur: manus
Clauo; cor igneo stylo transfigitur.
Vt VITA conquieuerat ligno Crucis,
Iam non ibi mors obtinet locum suum.
Vt CHRISTVS Immortalis attigit Crucem,
Eluxit Immortalis amplexus Crucis.
Quinas ego Sedes Dei recenseo.
Cælum; MARIA; mens humilis; Ecclesia
Christi thronus certissimus, Crux insuper.
Cælum proinde Crux. Creat THERESSIÆ
Cælos nouos, amore dum Crucis beat,
Et ipse solis intimi vices obit;
Hanc esse clari disserenat consili.
Prudentiores id sequantur Virgines.

CIII.

De eadem sacra Cruce.

Aqua multa non potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam. Cant. 8.

Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. *Prou. 8.*

DElicias toto qui diffundebat olympo
Delicias humili quæsijt ille Salo.
Piscatuquè trahens oblectamenta, refusum
Semet in angustum, miserat ergo fretum.
Cymba, cibusquè, caro: Deitas fuit hamus; arundo
Crux; mare mundus erat, mille pericla cijt.
Hic amor vt fragili progressus lintre, dolendum!
Heu simul ad mortem præcipitatus erat.
Nam mala (piscis homo) diuinum, præda, phaselum
In piscatoris traxerat icta caput.

Arserat

Arserat ille tamen coopertus fluctibus; inter
Arserat immodicas impluuiatus aquas.
At ne lympha furens mersum tumularet AMOREM,
Enat in arrepta naufragus ille Cruce.

CIV.

Quatuor gemmæ, in Cruce inuentæ, à S. BERNARDO definitæ.

His virtutum gemmis quatuor cornua Crucis ornantur, & est supereminens pars Charitas; à dextris Obedientia, à sinistris Patientia, in profundo radix omnium virtutum Humilitas.

Firmauerat lapide quaterno lectulum,
Et mansionem pectoris, CHRISTVS Crucem.
Nil est profundo firmius fundamine,
Cliens HVMILITAS est profundior styge:
Sed altior cælis; potentior Deo.
Hallucinor forsan: loquar quod sentio.
In vniuersum, quotquot vniuersitas
Roboris habet, vel virium; risus Deo,
Creata vis, lusus; iocus, crepundia.
Sola Humilitas manus Deo ligauerat.
Hæc in MARIÆ sacrosancta viscera,
Præsepiumquè vile CHRISTVM compulit.
Et in triumpho duxerat vinctum Deum.
Armauerat PATIENTIÆ læuam stylo.
Nil fortius PATI, beatius nihil:
Oportuit CHRISTVM pati pro gloria.
Dolore vera Charitas nosci petit.
Gemens amor, sinistra portans, gemmeus.
Suspectus inter, friuolusquè prospera.
Ornauerat dextram tuam Sponsus cauâ
Gemmâ: ciere summa præstat prælia,
Cæloquè prosperante, mota vincere.
Vir OBEDIENS adaggerat victorias.

Iuuen-

Inuenta mulier fortis ora ab vltima.
Non indiget spolijs Vir eius inclytus.
Trophæa collo, dexteræ, capiti dedit;
Torquem, murænulas, Coronam: desuper
Monile cordi vulnerato, lanceam.
Ferrum calens, terret phalanges inferi.
Arcet polare pallium * frigus nequam.
Succenderat pectus tuum feruens amor,
In fronte gemma, CHARITAS; ipsum caput,
Possedit: ô quam fulgidæ gemmæ Crucis!
Gemmæ quaternæ Quinta quæ sit? Crux erat.

*In Extasi, diuinitus acceperas pallium, gemmis ornatum pretiosis.

CV.

Amoris occupatio.

Semel locutus est Deus. *Psal. 61.*

IESVS, recenter natus, perfectus Deus & Homo, tacitur nus.

VEnandi studium, venabula, tela valete:
Piscandi melius me vocat, inquit, opus.
Aurea pro tragicis tendantur retia; nutet
Aurea pro riguo linea fine mihi.
Crux hamus; piscator amor; mare mundus; & esca
CHRISTVS Homo Diuo corpore, piscis homo.
Et ne præda silens.* VERBO reuocetur ACVTO,
Id simili comptum sit licet ore; silet.

*Apud Pythagoram silentij Symbolum, piscis est.



F. ELISEI à S. MARIA
CARM. DISCALC.

EPIGRAMMATVM
LIBER SECVNDVS.

I.

Cor Virginis ignito Seraphico iaculo transfigitur.

Amore langueo. Cant. 2.

LAnguebat nuper Virgo febrilis amore,
Expertus criticis febribus adstat Amor.
Vtque probet morbum facularia pectora tangens,
Inuenit nimio pneumate cor petimis.
Impetus est, inquit, subitus, causalis origo
Morbi; temperiem cæsio sola feret.
Arreptaque secat præcognita cuspide corda,
Eruptasque mouens, voluit ad astra faces.
Egregius sanè medicus, qui vulnere solo
Prodest, hic solâ viuere morte dabit.

II.

De eodem.

Aperi mihi soror mea Sponsa. Cant. 5.

DIALOGVS.

Filius RESolue Mater, quid precor, prophetiset
Amore culta sciffio tui cordis?
Mater Christo calens cor, crede configuratur,
Sponsumque Charitate sauciâ signat.
Filius Nouo cor igne concitatur indeses?
Mater Patens, amores prosequetur antiquos.

Coar-

Filius Coarctat ostium? (*Mater*) sed hostium plantæ,
Quali pererrat orbe mundus immundus,
Dæmon, caroquè quantulâ supercalcat.
Filius Flammâ quid aureâ iubar serenatum?
Plagâ cor ictum vel Patulciâ ferueps?
Mater Silentiosæ clausulæ stat hostile.
Amore clamat, ore concionali,
(Cælos id aptum permouere,) suspirat
Filius Tibi perennes ferias dicat Sponsus?
Mater Solenne sacrat tempus, & recollecti
Annos diesquè iubili minurisat.
Sacras coagmentat faces: triumphales
Exoptat ignes, militantibus iungam.

III.

De eodem iaculo mystico.

Si percusisses quinquies, aut sexies, siue septies, percußisses Syriam &c. ad consumptionem, nunc autem tribus vicibus, percuties eam. Verba S. ELISEI ad Ioas Regem Israel. 4. Reg. 13.

Non opus est quatiat præcordia, terna sagitta,
Vnica nam totum subdere pectus habet.
Non opus est feriat percussio quina cor ardens,
Vnica quid cordi? vulnera quinque cauat.
Non opus est senis olidus crucietur auernus,
Vnica totalem frangit arundo stygem.
Non opus est agitet septenum missile pectus,
Vnica nam, septem missio dona dedit.

IV.

De eodem.

Dabis ei scutum cordis laborem tuum. Thren. 3.

Vlnera nonne labor? sudauerat vnda labore,
Dum rigidâ noster sub Cruce torret Amor.
Stigmata nonne tegunt CHRISTI tunicata rubore?
A stygio mundum texarat igne CRVOR

Stigmate nunc igitur ceû scuto pectus obarmat.
Sic sunt scuta labor, VVLNERE munit AMOR

V.

De eodem.

CÆditur àh! insonsquè luit graue stigma, salutem
Infirmo, solidam, vulnere plaga dedit.
Lancea cor adigens, agilis manet vmbo, stylumquè
Anteferens, omnem præcauet ecce stylum.

VI.

Lancea, scutum cordis.

VT summas nostro gazas in corde recondis,
Protinus exurgunt prælia summa mihi:
Illuc semen agis, confrugas verba salutis,
His aduersus hiat tartarus ille trifaux.
Mente cubas, mediante Fide; simul æmulus orbis,
Otia fausta furit rumpere mente vagâ.
Quid restat? contra præfata pericula, fortis
Armatus redimas ægide pectus inops.
Lancea sit scutum: telum videatur inustum.
Dum tamen hæc pauidum cor tegit ægis erit.

VII.

De eodem.

Ego dilecto meo. Cant. 6.

CRedimus innocuo Magnetem corde reclusum.
Qui virtute pari; ferrea tela trahat.
Magnus erat MAGNES Christi dilectio Magna.
Ferro stigmaticus, LANCEA CHRISTVS erat.

VIII.

De eodem.

Et ad me Conuersio eius. Cant. 7.

DIlexisse Crucem non credis? pectus honorum
Instar Magnetis, ferrea tela trahit!

IX.

De eodem.

Dabo eis cor carneum, Ezech. 11.

MOtus inoblito noxarum pondere, cuncta
Scripserat in stabili marmore facta Deus.
Affectu prorsus caruit, nec miror: inulta
Non sine mente fuit, qui sine carne fuit.
At postquam niueo tunicatur vellere carnis,
Expertus discit parcere FACTVS HOMO.
Læsus iussa Deus conscribat marmore IESVS
Pectore conscribit; quis potiore stylo?
Vix digito Decateuta * cauat; manus alma quiescit,
Feruens ne, supra crimina, frangat opus.
Tincto mi IESV qui pectora scribis amore,
Mollia, nec iaculo scribere corda time.
Scimus nec molli digito valuisse cauare
Olim scribentem petrea corda Deum.
Scribas ipse licet ferratâ cuspide, flectes;
Nunc tibi CHRISTE Deus carnea corda manent.

* *Decateuta Deus; qui Decem præcepta sua, digito suo, (qualiscunq; ille est) exarata, Israeli tradidit.*

X.

De eodem Seraphico iaculo.

Morsus tuus ero inferne. Oseæ 13.

QVi mordere volas mortali, pectora, dente;
Hic stylus aduersum te draco morsus erit.

XI.

De eodem.

MOEnia disijciunt victoribus: vicit amicum
Pectus flammigero verbere CHRISTVS AMOR.
Mœnia demissi pandantur cordis, & vltro
Stet noua victori porta: triumphet AMOR.

XII.

De eodem.

EST honor immodicus consistere cordis in ara:
CHRISTVM; qui thronus est, qui sibi summus Honor.

XIII.

De eodem.

Ascensiones in corde suo disposuit. Psal. 83.

ASCensus posuit precibus; meritisquè gradatim
Iuit, & enclitico pectore vicit iter.
Ascensus virtutis, erat descensus amoris,
Emeritus medio venit amore Deus.
At gradus esse potest porta sine? desine Christe
Inuisus fias; huc venit ipse Deus.
Mortificante gradus extant virtute cauati:
Ignuomâ stabit cuspide porta Deo.

XIV.

De eodem.

CÆlesti genius, quæris, quis prosit amori?
Ille solet clauso gutture, corde loqui.

XV.

De eodem.

Ecce enim ego creo calos nouos. Isaiæ 65.

FActurus cælum nisi iam fecisset, in ipsa
Cælos mente nouos conficit ipse Deus.
Sol VERBVM Christus; lumen stat gratia: stellæ:
Virtutes; motum fert amor; annat humus.
Sunt cæli; motusque nouus; sunt sidera; tandem
Fructus crede nouos, quos noua corda ferant.
Forsan vox deerit? cor amor discindit, aperto
Sic noua vox facto gutture facta nouo.

XVI.

De eodem.

Secam-

Secundùm cor tuum fecisti omnia. 2. Reg. 7.

FIssile cor Matris, Christi cor crede secundùm,
Addubitas? cordis vulnera cerne: leges.

XVII.

De eodem.

Lancea in lateribus. Num. 33.

QVæ commercia tela bellicosa
Cordi conciliant reuerberato?
Cor pacale latet; calente prorsus
Feruent impete tela fulguritа
Armans missile dente ferue facto.
Bellum lancea mouit incruentum.
Scripsit Stemma suum sagitta præceps,
Molli vulnere pectus ampliauit.
Et ferro locus est, amoris ara,
Verbo præstat vbi silentioso?
Tædas continuat quotidianas
Ardescit facibus cacuminatis?
Telum credimus igneum, perenni
Dum scindit cor, amore vulneratum,
Inflammans acuit suâ bipenni;
Tensæ pyramidisque more sursum,
Ignis qualiter euolauit, aptat.
Hæc commercia cordis ordinati
Telorumque manent amiciorum.

XVIII.

De eodem.

Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipse mecum. Apoc. 3.

NVmen eget; cunctos dapibus quod pascit opimis;
Id sibi quanta dari fercula poscit egens?

XXI.

De eodem.

Singularis ferus depastus est eam. Psal. 79.

Gloria Libani data est ei; decor Carmeli & Saron. *Isai. 35.*

Mutua Charitas inter Fratres Antiqua, & Primitiua obseruantia adstruitur.

NOn obstat ferus ille SINGVLARIS,
Adstrictoria nil promuscis eius,
Non partitio machinata paci,
Nec virus vapidâ recliue fauce.
Pacem schismate dissipare partim,
Affectabit aper coinquinatus?
Absit: nec metuit Decoris Ordo.
Sponsus iunxerat angulos vtrosquè,
Est CHRISTVS lapis angularis; almæ
Assertor, benedixit Vnioni.
Sacro flamine cor inaugurauit.
Cunctis, quo pateat cliens recursus,
Toto pectore commorante plaga,
COMMVNEM fieri iubet Parentem.

XXII.

De eadem ignita lancea.

Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ioan. 14

Ipsemet Spiritus sanctus datur, & mittitur. *S. Thom. 1. p. q. 43. a. 3. in c.*

Aqui se le comunican todas tres Personas, Y la hablan, Y la dan a entender aquellas parablas, que dize el euangelio, que dixo el Senor que vernia el, Y el Padre, Y el Spiritu santo. &c. S. M. Theressa lib. Mans. cap. 1.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum *Psal. 117.*

ADuentura Trias celerem præmittit Ephebû,
Hic centrale paret, qui penetrale Deo.

Ille do-

Ille domum summis exornat laudibus, aptum
Cor virtute potens, asserit esse locum.
Apta domus, modicella tamen; desiste morari,
En reddes patulam vulnere: Scinde domum.

XXIII.

De eodem.

Quid ni scindatur cor, & visceribus effluat Pietas.
S. BERNARDVS ser 2. de Ieiun. Quadr.

MEndax procacis erubescat infames
Cupidinis telum, faces: ducentorum
Funis malorum, fune pensili nullo
Olim superuinci coarguebatur.
Fornix Dianæ traxerat fugax telum.
Ibi supinatum super leues ventos,
Procliuis aura deferebat; apprimè
Tenacior sufferre quod nequit tellus.
Veracius polare septiceps telum,
Diæ Columbæ molliusculum pennâ,
Victoriosum consecraneâ tædâ.
Quod æuiterno seruit Imperatori,
Sacræ, Viretum perspicax, iuuentutis,
Rubore natiuo, Deo coloratum,
Emancipatis ignibus verecundum;
Non erubescit, innocentiâ clarum.
Tholo receptum cælico, solum ridet,
Nec dimoueri viribus timet vanis:
Nullo deorsum deprimi potest nixu.
Dispendiosa, crede, sola Paupertas,
Id euocare nouit, exinaniti
Amore cordis, puritate sublimi.
THERESSA totâ mente prosequens cælum,
Suumque præter, postulans nihil, Sponsum:
Stat corde paupertina rebus externis.
Ibi, puto, dari locus nequit cassus.

Vt, qui

Vt, qui fugit malum; bonæ vacet menti:
Et, qui scatet malo; bonis vacefiat:
Et, qui caret bono; malis coarctetur.
Hæc iam notabilis, fauoribus CHRISTE;
In monte sublimi, stat innocens meta.
Cæli sagitta feruidum ferit pectus;
Diffusa fluxit Charitas coronata.
Nec ambigat; qui fata post factum corpus,
Liquore vidit aureo resultare.

XXIV.

De eodem.

In corde meo abscondi eloquia tua. Psal. 118.

SÆpè tibi Sponsus taciturnâ voce locutus,
Es Magnæ sobolis virgo futura Parens.
Tu mihi dilectos charissima Nata nepotes,
Tu mihi natorum millia, Sponsa dabis.
Illa sacros partus non dedignata: Virago
Dum maneo, fiam; CHRISTE pudica Parens.
Attamen hæc, humilis, venerandæ dona Mineruæ
Occuluit, mundi liuida labra verens.
Non tulit id CHRISTVS, sed adustâ cuspide pectus
Scindit; & absconso pectore dicta tulit.
Et totum sparsit dictamina fusa per orbem,
Audiret: simul & Mater vbique foret.

XXV.

De eodem.

Aperi fenestram orientalem. 4. Reg. 13.

Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam.

Ibidem.

VVltu, recurrit quà vigil, reassumpto,
Phæbus per oram, circularis, Eoam.
Ibi salutem contulit nouercali
Tantùm sagitta missilis Palæstinæ.

Robur

Robur salubre, commodus dedit languor.
Fulcit Propheta dexteram Ioas Regis.
Imbellis adiuuat manus, manum fortem.
Iunctæ decussatim, Crucem figurabant.
Infirma namquè Crux, potens; manus demum.
Propheticas, regalibus pares crede,
Valentiores insuper sacro ritu.
Proin, repulsæ, prosilit memor telum,
Et quà frequentat Cynthius diurnare,
Ibi morabatur: nec occidentales
Plagas adire prætulit, Trionesquè
Expulsa partim, brachio sub infirmo,
Regnis Iberis haûd quijt propinquare.
Pòstquam tamen lux Galliæ coaccessit,
Ludens vices Marti, sacratior * nonus,
Vmbras Suellinas vbi fatigauit,
Belloquè nauigabili Syros pressit.
Discit sagitta perspicax, repentino
Transire partes impetu tetartæas.
Ast, heu! volatu maximo fatigata,
Soluta languit vigore primæuo.
Popòscit ergo brachium vigorosum.
Veneris ô quot, vis volet veges telum;
Adsurgeatur occidentibus terris,
Adsit lacertus firmior. Puellaris
Adest lacertus mollior: nec in cassum.
Amor Deo compar, cor igne succendens;
Armat sagittâ, dexteram, salutari.

S. Ludouicus Nonus Rex Galliæ de terra sancta post bellum sacrum, primus ordinem Carmelitarum induxerat in Europam, excitato eidē Lugduni Monast.

XXVI.

Datâ dexterâ, Crucis clauo, Saluatori desponsatur.

Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. V. C.

Portò

Porrò Sponsa; petit imponi modum beneficijs.

Erit in nouissimis diebus, praparatus mons domus Domini in vertice montium. Isaiæ 2.

ERgo studes cohibere manus donantis Amoris?
Subtrahis à donis an, cumulata, manus?
Quid? cumulo gaudes, non vltra scandis? in hocce
Monte, pigro quisquis stat pede, perdit iter,
Diffusiua dein, dispergens gaza polares
Delicias, ipso spargere plenior est.
Nec tibi dextra, puto, frustra terebratur; vt illa
Dat quæ Diua manus, spargat aperta manus.

XXVII.

De eodem.

Cum enim infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 2.

QVæ virtus, animiquè vigor, feruorquè virilis?
Hæc Bellona sacro præualet ense potens.
Hæc orbis contra phaleras, carnisquè procellas,
Aduersus barathrum, feruida bella gerit.
Et styge conuictâ, detritâ carne, trophæa
In mundo ponit pacificante manu.
Cernere claustra licet milleno culmine ducta;
Pegmata, clausuras, mœnia, templa, domos.
Quis leuat hæc? summæ virtutis dextera; Magni
Thesbitis proles, gloria, lumen, honor.
Debilis hæc sexus? præstat quia robore pollet.
Et manus ægra? manus præualet ægra manens.

XXVIII.

Collum torque aureo, cingitur caput diademate; manus clauo desponsatur: & cor virginis traijcitur Lanceâ sacrâ.

LVmine quod mundo resplenduit, illud inornant
Aurea (doctrinæ præmia) serta caput.

Et quæ centimano manserunt vsta labore
 Colla; patens torques aureus ista tegit.
Dextera, quæ pro te superauit fortia, IESV
 Gemmis digna, ferâ cuspide fixa, gemit.
Cor quoquè, dùm teneris feruoribus arsit amoris,
 Aurea promeruit: ferrea tela luit
Ferrea, cor; dextramquè tegant diademata: dicto
 Attamen in membris aurea plaga nitet.

XXIX.

De eodem.

Caput eius aurum optimum, manus eius tornatiles aureæ.
Cant. 5.

AVrea dextra tibi splendescit, pectore torques
 Aureus, exornant aurea serta caput.
Aurea plaga factum cor obtinet; ipsa deinceps
 Aurea mens, hilari cordis amore calens.
Sponsus (quid mirum) CHRISTVS manet aureus, Ergo
 Auricomo, fulget, iuncta THERESSA Deo.

XXX.

Singularis eius Maternitas celebratur.
Fæmina circumdabit Virum. Isaiæ 31.

INfantes pariant aliæ, quæ flore profuso
 Parturiunt: pariat sola virago Viros.

XXXI.

Mater virginum.
Vinum germinans Virgines. Zach. 9.

Dominica Palmarum; Christum à fetis Iudæis ad prandium non inuitatum, Bethaniam redire coactum miserata, per annos 30. Eucharistiam eâ mente sumpserat, quasi ad Conuiuium Christum excepisset, quod tàm illi fuit acceptum; vt anno trigesimo sumpto Sacramento, suspensa remanserit, ac in se reuersa, os plenum sanguine, faciem, corpusquè consparsum habere, incredibili cum oblectamẽto, visa fuerit; Christo dicente;

Volo,

Volo, sanguis meus tibi prosit filia.

VIrgineis decorata Parens tot partubus; vnquam
Guttatim plures depluet imber aquas.
Progenie reuerente potens, celebrisquè THERESSA,
Quantam vix aliquis dinumerare queat.
Causam si quis amat cognoscere, quid sit in vna
Virgine, tàm facilis fertilitatis honor?
Sic fieri VERBO CHRISTI quod credo Cruorem
Vinum; quod castâ fertile prole ferunt.
Illud nupta Deo, nuper de vulnere Sponsi
Dum trahit ore, sacrâ fertilitate viget.

XXXII.

Farinam miraculosè multiplicat.
Sororem solo attactu à morbo sonat.

Non sum medicus, & in domo mea non est panis, nequè vestimentum, nolite constituere me Principem.
Isaiæ 3.

TU quoquè Reginam Carmelus poscit: egena
Tu delata tibi regna tenere velis.
Nec iustum poteris quidquam prætendere nolle,
Optima Reginæ munia Mater habes.
Panibus exhilarat; noscit tua dextra mederi.
Sunt hiç, fulta quibus crescere Regna solent.

XXXIII.

De ijsdem panibus multiplicatis.

Facta est quasi nauis Institoris, de longè portans panem suum. Prouerb. 31

Alluditur ad Sponsalem manus dextera clauum.
THERESSIA tota mea es, & ego totus tuus. *Verba Chr.*

QVis locus? vnde cibi veniant & mensa parata?
Dicite quo tritæ copia tanta zeç?
Nauis facta Poli, cælesti pane potita,
Littore Carmeli constitit alma Parens.

Vt nauem credas, mannalem conſpice clauum.
Te plenam doceat panibus ipſe Deus.

XXXIV.

Aduerſam, Dæmonum impoſturis, opem CHRISTVS pollicetur; Principibuſquè Apoſtolicis gubernandam tradit.

QVis valet ambiguo detentus calle, vel inter
Saxa, puſillanimes amplificare gradus?
O Deus! ipſe viâ greſſum conclude fideli,
Tibia ne quando lubrica fallat iter.
Dixerat hæc: Fidei noſtræ veneranda Columna
Petrus adeſt, gemini Petra, decuſquè Chori.
I mentis gradibus, technas contemne doloſas.
Ipſa locat greſſus cælica Petra tuos.

XXXV.

SS. Principes Apoſtolici, PETRVS & PAVLVS, ad latus Virginis frequentiùs adſtitiſſe viſi ſunt, & de rebus ſublimioribus docuiſſe.

ORci nubila vaſta, quis procellas
Gliſcat vincere, derelictus inter
Vndas inſtabiles relictus inter.
Hic vitæ ſcopulus licentioris,
Illic ſtant ſabuli tenebricantes.
Millenas pelagus gerit Charybdes.
Circæum vomit vndequaquè virus.
Heu! portum, tenebras amictus inter,
Tot vel flumina fluctuantis vndæ,
Tot vel toxica, quis reſuſcitandam
Vitam carpere concaleſcit inter?
Luceſcit geminâ ſacrum lucerna,
Exurgit tibi ſidus orthodoxum,
Pollux Caſtora comminiſtrat; hiſce
Cunctas vincere neû time procellas.

XXXVI.

XXXVI.

Corpus cilicio, ſpinarum ac vrticarum manipulis acerrimè diuexabat.

Lilium inter ſpinas. Cant. 2.

TVtius inter habent inapertas, lilia, ſpinas
Creſcere: ſente, valet, fortificante pudor.
Atra cubet niueo contermina ſpina pudori,
Vepre coronatus tartara vicit Amor.
Spinæ cûi deſunt, acalyphas attrahat; illa
Quæ SERIT VRTICAS, LILIA virgo METET.

XXXVII.

Inter ſpinas & vrticas, dum volutaret; ſic Deum precabatur;

Domine aut pati, aut mori.

Qui paſcitur inter lilia. Cant. 2.

PRudentumnè choro dicanda virgo,
Paſtorale decus, iubarquè noſtrum?
Dictarum Chorus inter explicata
Sponſum lilia quærit ambulantem.
Prudentes vigilant: ſequuntur agnum.
Cordis lampade pleniore feruent,
Affectu redolent ſacratiore.
Cerno ſecius hanc, nocentiores
Vrticas ſtetit inter, innocentem
Vt Sponſum capiat. Recomminiſcor,
Campi floſculus ætheralis, ante
Natus luciferum; relatus inter
Flores temporis anteoccupati:
Toto ſidere qui viret, MARIÆ.
Poſtquam viſcere deliteſcit: inter,
Sponſus, lilia poſcit occupari.
Almo ſueuit ali pudore CHRISTVS.
Caſto pectoris implicatus horto,
Candorem tenero laceſſit ore.

Flores, inter, amat latere cordis,
Sepiri petit asperante Vepre.
Hinc, ne limibus osculata labris.
Sponso lilia sordeant pudico,
Nouerunt aditum, recalcitrante
Spinâ claudere virgines pudicæ.
Sic abnormia, sic periculosa
Prorsus basia decacuminantur.
Forsan spina deest amarulenta?
Spinam non doluit Parens THERESSA?
Et spinæ docuêre cor dolorem,
Et spinæ nocuere dente sæuo.
Nunc mordax acalypha pullulascit,
Contra vim parilis licentiosam.
Vrticis necat imbecille corpus.
Custodit bene lilieta flagro.
Sic vrtica dat inuenire Sponsum.
Prudentumquè Choro refert THERESSAM.

XXXVIII

Infantulus Ioannis de Oualle, oppressus pariete; velo Beatæ Matris obtectus; ab eadem vitę restituitur.

Ipsa conteret caput tuum. Gen. 3.

QVæ furit in cunctos, non parcit Parca tenellæ
Ætati fraudes accelerare suas
Viderat infantem patrios peragrasse Penates,
Et solitò longâ tripudiasse sude.
Tisiphone malefida suo pro more, veterna
Traxerat in pueri, mœnia, molle caput.
Indoluit virgo tantillæ retia prædæ
Tanta geri; tenuem, cedere morte graui.
Velum, quo mortis tumulauit retia, vitæ
Retia captandę commodiora parat.
Implicitamquè necem membris puerilibus, vnde
Mens cessit, furua complicat inde toga.

Mors

Mors primùm lętata; mihi stola nigra paratur,
Denatoque datur debitus, inquit, honos.
Ast vbi se repeti super Archisteria spectat,
Aufugit; & prædam deserit illa suam.
Hoc velamen, ait; mundum spoliauerat: Orcum
Presserat; & carnem vicerat; atque necem.
Sic ego virgineâ plantâ semel obruta, demum
Psaltria virgineum pendere nolo Chorum.

XXXIX.

De eodem.

MOrtis vbique sitas mortales credite fraudes,
Quæ vos vt capiat, retia murus erunt.
Nec semper, nec vbique; malum quæ pellat obortum,
Inter vos virgo sic animosa datur.

XL.

Interdum catenis, clauibusque arreptis, acerrima in carnem propriam, deseuijt disciplina.

Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipse mecum. Apoc. 3.

CRedite, virgineæ proli moderatio tanta,
Emicat innocuo quantus in ore pudor.
Cum posset penetrare fores conuiua modestus,
Stans, petit admitti pectoris ante fores.
Leniter ille ferit pectus: vaga forte reducto
Cardine panduntur dedita corda sibi:
Attamen inspecto penitùs candore THERESSÆ,
Casta locupletet pectora quantus amor.
Sic pulsat iaculo, simul vt cum verberis ictu
Intret, & exceptus pectore cænet amans.
At Sponso nec virgo deest vrbana, cupitum
Hospitis aduentum præuenit illa sui.

Claui-

Clauibus arreptis aperit pia mœnia cordis,
　Et pronum patulo pectore præbet iter.

XLI.

In erectione Monasterij Toletani tanta depressa pauperies vt quo seruaretur, non habuit fugando frigori tegmen opportunum.

DIuite, pauperies cælo quam copia cernis
　Proluit, alget inops frigore nuda solo.
Et quæ celsa sedet supero cumulata theatro,
　Labilis in terris, pauper vbiquè iacet.
Sidereâ demum præfulgens veste, decora
　Sole Deo; riguo corpore friget humi.
Causam ne tanto quæras discrimine; causam
　Porrigo: pulsa suo disperit ecce loco. *

* *Locus habet virtutem quandam conseruandi locata; & propter hoc locatum tendit in suum locum, desiderio suæ conseruationis S. Thom. l. 4. Physic. lect. 2. cum autem Paupertatis locus, cælum sit; non sit mirum quod extra locum, nempè in terris dispereat.*

XLII.

De eodem.

Ibi, frigore obrigescens, aliquo tegumento se operiri poposcit, quod festiuissimo risu sorores excepere, aientes ipsam omnibus, quotquot in monasterio essent, pallijs obtectam esse.

Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. 4. Reg. 2.
Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Ibid.

INdiga nuper opis; brumâ, glacieque perusta:
　Postulat ægra, ferum frigus inulta, tegi.
Pallia quotquot erant, portantur: tota supellex
　Tracta domo; pepulit non tamen illa gelu.
Quo mitis tanto conamine? vana sorores
　Cura: parens ardet, credite, tosta Deo.

Pallia non quærit; memorabile forsan ab illis
Duplex pneuma petit, quale Propheta * tulit.
S. Eliseus 4. Reg. 2.

XIIII.
De eodem.
Non est operimentum in frigore. *Iob. 24.*
Ne frigus expauescas, ego quippe sum verus calor.
Verba Christi.

Miramini; Matrem, puto, perinfirmam,
Sæuo rigoris impetu coarctatum,
Tegmen, sorores, postulasse frigentem,
Gelu fugando, penulam frequentatam.
Non vos id ipsum vellicet cauo risu.
Longo labore virginem fatigatam,
Fessi vigore corporis senescente
Refrigerauerat calor perexilis,
Pressitquè pigra constitutio vires,
Pallorquè corpus occupauit exangue.
Noui stuporis ansa fluctuat vobis.
Licet senectus ægra corpus extinguat,
Senecta frigoris parens anhelantis;
Totam diem, noctemquè perseuerantes
Fusæ preces; Chamcunijs * honoratæ.
Tamen virore Charitas manet pleno,
Laboribus negatur inquietari,
Torpere nunquam vellus horridum brumæ,
Calescit illa prodigo gelu tacta,
Abnuitat æmulationibus vanis;
Naso tumentis Eoli recandescit,
Passim premente, supprimi nequit labro;
Mordente splendet vstulata liuore,
Magis, magisquè crescit ignibus pressis.
Quid ergo? delitescit alter hic sensus.
Doctrina nobis Filiæ superscriptæ,

Mater

Mater triumphali propinquior metâ,
Maturrimâ virtute transilis cælo.
Amore feruet maximo; Deo plena.
Vobis, caloris quotquot estis æstiui,
Quas non hiems receperat senectutis;
Victorialis nuper Antesignana,
Præstans Magistra, quas ab orbe, febrili
Malignitate, languido, recollegit.
Vobis gelascens, admonet per exemplum,
Vacare solitarias Deo soli,
Renunciare temporarijs rebus,
Frigere mente, sanguinariæ carni,
Feruere Sponso, corde flammeo, CHRISTO.

* *Chameunia; sunt humicubationes.*

XLIV.

Diuinæ benedictionis argumentum declaratur; quantò, humanis penitùs destituta auxilijs, aduersantibus plerumq; sæculi Principibus; duo suprà triginta Monasteria, in Vita sua inops Virgo poterat excitare.

QVem natura duplex pretio sine fecerat, ille
Triginta solidis appretiatus erat
Hic valor est CHRISTI; triplex denarius, vltra
SVMMA duo: quantis vnio summa stetit.
Ergo salutari numero pro dote recepto,
En triginta duo reddere Sponsa valet.
Accessêre Viri numerum super; ordine bino.
Virgo Parens: aueo! fenerat illa Deo.

XLV.

Fundationibus insistens nouiter erigendis, in Capella B. P. DOMINICI orans, rapta spiritu, Viderat eundem, S. Ordinis Prædicatorum Gloriosum Patriarcham, datâ dexterâ, in his omnibus auxilium, suum pollicentem. A quo dum per blandè disquirit, cur laeuo assisteret lateri? Respondit, se dexteram partem Sponsæ suo IESV CHRISTO, tunc præsenti, reliquisse.

Adira

ADire DOMINVM quisquis adlaborabis?
DOMINICVM adi. Sunt ista correlatiua.

XLVI.

De eodem.

VIdere lucem Solis oppetis CHRISTVM?
In fronte tædæ, fulgidam vide stellam. *

* *In fronte S. Dominici, qui per tadam figura'us erat, stella pingitur.*

XLVII.

De eo, quod is præsentē CHRISTVM, Virgini demōstrauerat.

QVo Præcursor ouans monstrauerat indice CHRISTVM,
Hic solui morti, soluere morte nequit. *
En nouus ante Deum Præcursor it: ille THERESSÆ
Ore beatifico clangit adesse Deum.
Quæ niueo CHRISTVM prædixerat ore; nequibit,
Credite, mortem post, aurea lingua † mori.
Talem forte negas? stellatam conspice frontem.
Consimilis lingua est: aurea stella docet.

* *Hic digitus dicitur asseruari in Eccl. Corp. Chr Cra.*
† *Nequit lingua mori; quoniam viuit in Filijs suis, Christum Prædicantibus.*

XLVIII.

De eodem.

DExtera CHRISTE tua est; Medium tulit Angelus ore THOMAS; DOMINICVS cuncta Sinistra premit.
Constitit in medio studiosa THERESSIA; THOMAS
Dat medium * CHRISTVS porrigit ecce manum. †
Dextra manus CHRISTI, docuit sufferre sinistra.
Præijt exemplo, voceque DOMINICVS.

* *Quoniam ex Constitutionibus suis, Doctrinam S.Thomæ amplexati sunt CARMELITÆ Reformati.*
† *Manum porrexit Christus; quando sibi virginem desponsauit.*

XLIX.

XLIX.

De eodem.

Vbi duo expenduntur. Primò, qualiter S. P. DOMINICVS adeſſe Virgini CHRISTVM demonſtraſſet, & quod B. P. PETRVS de Alcantara, ex Ordine Seraphico S. P. FRANCISCI, pœnitentia opere, orationiſq; ſpiritu laudatiſſimus, aſſeruerit; B. THERESSIAM, SPIRITVS S. certiſſimum Domicilium; & quidquid præſeferret, id à Dei SPIRITV profiſciſci.

PRopago FRANCISCI Patris, gemens Petrus;
Exuperantis laude Pœnitentiæ,
Precumqué ſpiritu potens Alcantara,
Extrinſecis, interna dum diiudicat,
Opuſquè cæli maximum. THERESSIÆ.
INESSE cordi SPIRITVM Dei docet.
DOMINICVS ipſe Prædicatorum Pater,
Lucerna Chriſtianitatis fulgida,
Sermone, ſignis, præditus virtutibus.
Præcurſor oſtendit Dei Verbum, DEVM
ADESSE CHRISTVM virgini THERESSIÆ.
IN, Vnitatis eſt; Relationis AD,
Hic vnitatem commemorat Eſſentiæ
Hypoſtaſes trinas hic internunciat.
Ardoris alter; alter eſt vox luminis:
Is igneus feruore; is ore lucidus:
Is carbo feruens; ille ſtella ſplendida.
Sed eſt caloris, lux origo proxima,
Ardoris eſt lumen parens: calor notat
Præfulgurans iubar prius nobis datum.
In corde qui monet morari SPIRITVM,
In mente præceſſiſſe lumen, hic docet.
In fronte ſtella cui micat dilucida,
Adeſſe lumen aſſerens THERESSIÆ,
Vltrò calorem ſubſequi deprædicat.

Lumen

Lumen calori proximum ; VERBVM Deus
Indissoluto SPIRITVM nexu gerit.
At si regustas verba feruidissima,
VERBI Dei, DOMINICVS ipse est SPIRITVS.

L.

Admiranda cælestis Sapientia conscripsit volumina, B. V. THERESSIA.

NOn pariunt elementa, globos fugitiua sodales.
Virginitas agili purior igne, parit.
Est simplex pietas, docilis tamen; estquè columba
Cælitus orta, pudens pectore ; mente potens.
Scripta vide ; sobolisquè nota noua millia : dices
Sacrâ est fertilius Virginitate nihil.

LI.

De eodem.

Dilecta mea, candida & rubicunda.

COnceptas quis mente niues, cordisquè calores,
Quis vincet nostræ turturis oro genas ?
Verbum quod nitidâ concepit mente, videtis ;
Corde verecundo feruida virgo parit.

LII.

Explanationes in Cantica Canticis iussu cuiusdam confessoris conscripta, alterius directoris mandato, in ignem destinata.

NVlla tibi pietas mansit, reuerentia nulla,
Cælestis, credo, nullus Amoris amor.
Quisquis es, Hircano qui frigore tractus, ad ignes
Flammigerum casti mittis Amoris epos.
Si sapis, igniuomos attemperet vnda calores.
Liber hic Ambrosio diffluit igne Deo.

LIII.

De eodem.

Nigra sum, sed formosa. Cant. 1.

HÆc natura sacro, cognoscite; feruet amori.
Moribus, & specie compare gaudet amor.
Ille sibi Sponsam (si quæ sit lecta) coaptat,
Et formam lectæ, comparat ille parem.
Viderat os nigro Sponsam formasse colore,
Atquè subobscuris diradiasse genis.
Illicò consimili pigmento labra notauit,
Quo Sponsæ placeat, factus & ipse niger.

LIV.

De eodem.

Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo. Cant. 2.

QVò processit iners humanæ factio mentis?
Cordis quò gelidi nix, tepor, algor, hiems.
Castigetur amor terrestri lampade, postquam
Lucis inoccicluæ stemmata sacra tulit.
Attamen vt cernas inter discrimen amores,
Quantùm cælesti, terreus obstet amor.
Non valet illimem cæli, fax putris & illex,
Nî maculare velit, purificare facem.
Dictis vt credas; quæ desunt, concipe chartas.
Purgati maculas, suggerit * vmbra tibi.

* *Quoniam tantùm fragmentum remanserat in Cantica Cantic. multa desunt, absumpta ignibus.*

LV.

De eodem.

Fortis vt mors dilectio. Cant. 8.

QVæ contra fueras Venerandum, fortis, Amorem.
Protinus omne genus vincere mortis habes.

LVI.

Ad ignes coquinæ detenta ministerio, in extasim rapitur.

Sola

SOla perinfamis terreno Cypris ab igne,
Ansa stygis, limi corpore sueta trahi:
Erubuit posthac limosa carne morari
Ignis iners; nineam quæsijt ergo domum.
Decentam pietate subit; sed vana procacis
Cura facis, flammâ prenditur illa suâ.
Virginitas iubar est; terrenus id attrahat ignis;
Abstrahet id subitò cælicus ignis amor.

LVII.

Stupendo miraculo, se prorîpiens è manibus Sacerdotis Sacratissima hostia, iuit ad virginem.

Secundùm fidei principia, Christus D. in SS. Sacramentos non ad se, verum quò ad locum tantùm inextensus.

AD se membra, Fides CHRISTVM narrauit habere.
Adsunt membra loca congrua, narrat Amor.
Intensus fuerat, nunc est extensus: adelphus
In se, mox in te delphius esse cupit.
Lumine flammato sibimet propensus ad intra.
Extra; te, specie se tunicante, petit.
Extensusquè sibi non menso corpore; mensi
More tibi extensus corporis iuit amor.
QVALIS amor fuerat, QVANTVS iam factus, apertè
Seruat vtrumquè tibi; perdit vtrumquè * sibi:
* *Quoniam in Deo, neq; qualitas est, neq; quantitas.*

LVIII.

De eodem.

Maior fuit Eucharistia gratia, quàm Incarnationis. In Incarnatione enim, solam eius animam, humanitatemquè sanctissimam Deificauit: in hoc verò Sacramento homines Deificat vniuersos. S. M. THERESSIA Medit. in Orat. Dnic.

LÆ ferat ignifera qui pectus arundine, venit
Sub specie Medici tractus amore Deus.

Quis liuescet? amor quam corripit, ægra venire
Non valet; ægrotam visitat ipse Deus.

LIX.

De eodem.

Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt.

Math. 14.

Qui ambulas super pennas ventorum. *Psal. 103.*

Alluditur ad cor Virginis igneos spum telo Seraphico.

QVem tulit vnda grauis pede non titubante; fidelis
Obsequio parili, fert leuis aura Deum.
Aura leuis; lenior Deus est feruore beato,
Vnda grauis; grauius pondus amore Deus.
Crede leuem, qui sit consumens ignis; ab ore
Cuius & vnda fluat splendida; * crede grauem.
Conflagrare nequit summos resolutus in ignes,
Immensas cordis temperat vnda faces.
Fluxerat vnda tamen, nimium succensa, Polosquè
Ruperat. & sacro fonte † rigauit humum.
Sciderat & terram stabilem, * limoquè colonos
Librans hinc, iterum summa petiuit ouans.
Rursum corda petit: Matris cor pondere scissum est.
Prolis, quod superat, flumine corda rigat.

* *Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius.* Dan. 7.

† *Sacer fons, in Baptismo. Humus, homo est.*

* *Vtinam di umperes cælos & descenderes, à facie tua montes d ffluerent.* Isai. 64.

LX.

Exules Eucharistiam venerantes, eo affectu, quo nos Diuinitatem conspicimus, colere debent S. M. THERESIA, ita prolocuta; post mortem suam apparens cuidam ex Carmelitis.

FAr cælis, nectarquè dari finxere Poëtæ,
Viuat falsa quibus cælica turba Deûm.

Com-

Commento profunt Fidei: mendaciter auctum
Et per nosse valor, suppeditatur ei.
Far quid, nosse fanes? fauus est Genitoris ab ore,
Lux, prærepta sacræ dapsilis esca fami.
Nectar quid? fluuius NATI de ventre, PATRISque,
Fax diffusa bonæ pocula casta siti.

LXI.

Amor Dei omnium delectationum obliuionem in animam inducit. *S. M. THERESSIA lib. Fund. c. 3.*

NVllis pauper eget, spernax habet omnia: credo
Numine plenus inops, omnia pauper habet.

LXII.

Metamorphosi planè diuina, post sumptam SS. Eucharistiam, visa est aliquando, formam Sponsi sui IESV CHRISTI ac speciem præferre.

VERBI quid species in vultu Virginis? auctum
Lumine demonstrat splendidiore caput.
Quid lumen capiti præstantius? edocet ardens
Succendi pectus feruidiore face.
Fax quid feruidior? viuo vicinior igni,
Mens ouat ignito glorificanda Deo.

LXIII.

De eodem.

Prædestinauit conformes fieri Imaginis Filij sui. Rom. 8.

VIrginis indemnem vultum, speciemquè genasquè,
Æterno similis format Imago Patris.
Quam rectè dicet tantâ decorata figurâ,
Filia sum PATRI, si tibi CHRISTE soror.

LXIV.

De eodem.

P. Ioannes Salinas, S. Prædicat. Ord. Prouincialis; P. M. Dominicum Bannesium, addictissimum Virgini commo-

nuit, ne plus aquo virtuti mulierum crederet. Vnde is induxerat P. Salinam, vt illam prius alloqueretur, quam quod de ea iudicium ferret. Dictum, factum. Interrogante demum M. Bannesio, quid sibi de virgine visum fuerit? respondit.

Decepisti me, dicens mulierem esse; reuera non est mulier, sed virilis vir, & quidem de barbatis.

CRedere, Salinas, mulieribus, inquit, hebesco:
Mentibus ambiguis, credite: parua fides.
Dixerat hæc pro parte Viri: mox CHRISTVS amicam
Induit ecce suum, cerne, virile decus.
Digna Fide, Sponsi specie decorata THERESSA,
Fallere non metuit, splendida sole Deo.
Danda viris memoranda Fides; Vir & ista Virago est.
Qui mulieri haud vis credere: crede viro.

LXV.

De eodem.

Galeam salutis assumite; & gladium Spiritus, quod est Verbum Dei. Ephes. 6.

ARMA, VIRVMque, cano; vir agnitus; arma requiris?
Si VERBVM gladius dicitur: arma Deus.

LXVI.

De eodem.

Pugnabo cum illis in gladio oris mei. Apoc 2.

INduit arma, Deum; non præualet orbis & orcus,
Osque * caro; GLADIO depopulante DEO.
Hostibus O triplex; etiam Deus Os gerit, ille
Est Finis: triplex O fauet ergo Deo.
Finis honorificus Deus est ὠμέγα * videntis,
Hic habet arma pugil: clara specilla * vigil.
Aduersus vacuum pugnat bonitate repletum,
Armatum contra, prorsus inerme ruit.

Vnitum Deus est, trinum licet: attamen vnum
Trina, soluta cadit, deficiensquè rota.
Stat Deus immotus, circùm finè, circulus exlex.
Horum præcipitans orbita stare nequit.

* *Os pro carne.* Gen. 2. *Os ex ossibus meis, & caro de carne mea.*

† ἐγώ εἰμι Α. καὶ Ω. *Ego sum Primus & Nouissimus; Principium & Finis.* Apoc. 22. *Omega itaquè, quod duplici constat O, finem designat; cui si addas O, ratione oris diuini; triplex O Deo attribuetur, in quotum ludit præsens epigramma.*

* *Omega, ratione suæ figuræ, tribuit conspicilla videntibus: quia Deus Finis noster; idem, lumen est in visione beatificâ.*

LXVII.

Vir est quantitas longa, breuisquè Poëtis

SYllaba longa Deo rectus Vir; insuper orbi
Morte Vir obliquus, corripiente, breuis.
Ergo quod instabilis variet sic Parca; Poëtis
COMMVNEM, * stabilis Musa fatere, Virum.

* *Communiter virilitas Poëtis tribuenda, quod stent; & non de toto moriantur.*

LXVIII.

Protectio DEIPARÆ, cui se virgo duodennis (propria decedente Parente) dedicauit, pro lacte fugrat: eidem Sponsus IESVS proprium sanguinem his verbis propinauit.

Volo filia, sanguis meus tibi prosit.

Illi ergo seruiet.

Hinc pascor à vulnere: hinc lactor ab vbere.

O dulcedo amoris & amor dulcedinis, comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleantur viscera mea. CHARITAS DEVS MEVS, mel dulce, lac niueum, cibus, & gaudium

dium, fac me crescere in te, vt sano palato possis manducari à me. *S. Aug man c. 12.*

Dilectus meus candidus & rubicundus. Cant. 5.

A Splendore Deus; Parilis * rubicundus amore.
Candidus assumpto corpore CHRISTVS Homo.
Hinc sacro bicolore, Pares disquirit amicas,
Mente sit illustri candida; corde rubens.
Hæc nutrita nitet materno lacte; paterno
Illa salutari sanguine pota rubet.

* *Intellige Spiritum sanctum.*

LXIX.

Sponsæ & filiæ, honorificentissimis titulis à Christo decorata.

Mater mea, & fratres mei sunt, qui Verbum Dei audiunt & faciunt. Lucæ 8.

FIlia facta tuæ, speciali nomine Matri;
Sit tibi CHRISTE nouo nomine dicta soror.
Mox etiam crescens meritis virtute probata;
In Sponsam cessit, quæ fuit ante soror.
Elque Dei constans hanc per promota voluntas.
Illa Deum peperit pectore, Mater erit.
Omnia CHRISTVS erat per amorem Sponsus: eidem
Omnia virgo; soror, filia, Sponsa, Parens.

LXX.

Cælestis Prudentia Virginis describitur.

PRiscis vitifer, artifexq; contra
Illex diluuium, ratis beatæ,
Truncis mersa Noe cadauerosis
Vidit sæcula decacuminari.
Ruptis littoribus rebellis vnda,
Vastis æquoribus grauauit orbem,
Derepit sanies licentiosa,
Quam putris peperit libido mater,

Delectur

Deletur pluuijs, marique toto
Purgatur scelus, insolensquè vita.
Infernale nefas, aberrat inter
Fluctus æquoreos fatiscit inter.
Ardens ignibus hosticis, nefandus
Succumbit grauibus cupido lymphis.
  Emendata Noe, voraginosâ
Vidit corpora, peruigil, Charybdi.
Et qui sæcula fleuit exoleta,
Idem crimina risit exoluta.
Hinc duplex facie, bifronsquè Ianus, *
Anni Ianitor; estquè iannarum
Custos: à specie grauis biformi.
Dictus Clusius hic, Patulciusquè.
Anni principium redauspicandi,
Clauem, sceptra gerit rubiginosa.
  Carmeli celebris THERESSA cultrix
Almo Montis alens, pudore vitem,
Botros protulit exaluminatos.
Diuali Cruce Mons repastinatus,
Vinum Virginibus regerminandis
Fœcundum nimis auxit, ediditquè.
Non solum tamen: illa furniani
Extinxit lacrymis faces Lutheri.
Felix diluuium, quod ingrauescit
Contra perfidiæ reum calorem,
Aduersum barathri thes[...]s nefastas.
  Felices lacrymæ periculosum
Luctu dum tenero lauant venenum.
Vitus vipereum coinquinatæ
Doctrinæ, nitidâ premunt Minerua.
Mentali facie THERESSA Ianum
Expressura; ratem bituminauit.
Mandatoria Charitas bitumen.
  Qui mundi pelago negotiari

Vitam

Vitam præmeditantur æuiternam;
Cœli littus amor; tumultuosæ
Est remus, fuga, transilisquè vitæ.
Nauis, Relligio redintegrata.
Stat Constantia, quæ premat procellas.
Euri Centimani fugantur æstu,
Quanto cor fluidum gemiscit: Euri
Vitæ dissiliunt silentiosæ,
Clauem non agitat regente dextrâ,
Clauo terribilis cacuminoso.
Hostes hoc olidos reuerberauit,
Vicit pestiferum genus latronum.
Nec est Clusia Mater; Hospitalem
Cunctis porrigit, erigitque dextram.

* *Noe, Vitis inuentor; posthumis dictus est Ianus: bifrons, quod vtrumquè viderit sæculum, scilicet ante & post diluuium. Ianuarum præses est; anni ianitor: hinc pro sceptro regali clauem portat. Idem Clusius in hortis, à claudendo; Patulcius, à patefaciendo dictus est.*

LXXI.

Salmantica intermori capit, cum Virgines, illius Filiæ, amatorium quiddam de CHRISTO canere festiuissimo die cepissent.

OLim Porcia posthumo dolore
Dum sufferre nequit grauedinosum
Casum coniugis, abnuensquè dicto
Nexu viuere dissoluta; vitam,
Præter, ducere, coniugale stratum.
Exemplo sterili, nimisquè raro,
Haustis ignibus aridos amores
Extinxit, simul anxiamquè vitam.
Exemplo mea sanctiore mater,
Méu pertæsa moram recrastinantis

Sponsi

Sponſi, torrida maximo calore,
Verni languit æſtuoſa floris,
Æſtiuâ face, ceſpitantis inſtar.
Mox cauco, ſatagens amoris ignes,
Ortam pectore temperare flammam,
Sumpto largiùs igne Charitatis,
Sic ignara doſis, voluptuoſam
In mortem cadit, alleuante caſu.
Vt vitam tenui necet calore,
Prodeſt quiſquis amor licentioſus.
Extant diſparis attamen lacertus,
Sæuam conciliant vterquè mortem,
Æſtu corripiunt vterquè vitam.
Diſcrimen tamen intereſſe tale.
Terreſtris necat, vt necem ſaginet;
Cæleſtis necat, vt necem trucidet.

LXXII.

Diuini amoris violentia deceſſit ſub ſpecie Columbæ, annos nata 67.

Columba ſeducta non habens cor. Oſeæ 7.

MIraris ah! quo prouolet pulcherrima,
Sacro, columba candidata Spiritu?
Quo corde ſciſſo perſpicax; argenteo
Splendore mentis auream Solis rotam,
Pallore vincens virginarias niues
Decore charitatis, ignes Porciæ?
THERESSA mater, caſtitate purior,
Cæleſte nuper prendidit connubium,
Illudquè ſummo proſecuta iubilo,
Poſtquam recenter nupero de vulnere,
Pectus Columbæ languidum contabuit,
Seducta corde, cernis eſt, retorrido.
O maximæ dilectionis, vim ream?
Expectorata: corde concidit ſine.

Colum-

Columba prædatoris in sui manus,
Tædis amoris illigata, conuolat.

LXXIII.

De eodem.

Surge propera amica mea, Columba mea, formosa mea, & veni.
Iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit. Cant. 2.

TVrpiter ardenti conceptas corde Lutherus
Sparserat effræni perfidus ore faces:
Arserunt vrbes: incendia vasta per orbem,
Quà se mens, quà pes verterat, ignis erat.
Diluuium poscunt Sanctorum vota: THERESSA
Fletibus hæc solitis enecat atque flagris.
Quærant nunc Superi, regnet mala flamma per orbem?
An pereant faculæ, mente procace satæ?
Distractas discant lacrymis, id ramus oliuæ, *
Quem sic ore gerit, missa columba monet.

* *Spiritus S. Columba est; in cuius ore, signum tranquillitatis; ramus videlicet oliua, id est anima S. M. THERESSÆ.*

LXXIV.

De eodem.

Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. 4. Reg. 2.

DVplice te credo, completam flamine, postquam
Regia Carmeli Regula virgo manes.
Simplice nunc vectam cerno super astra Columbâ,
Sic minùs aspiras, nec magis vsta cluis?
Sic denata tepes, quæ vix vt nata calebas
Fundere sanguineo flumine, corda Deo.
Corrigo me: virtus vnita, est fortior: vnum
Insufflant meliùs pneumata bina locum.
Conspirauit amans CHRISTO: sic Spiritus illis
Mente manet simplex; sit licet ente duplex.

LXXV.

LXXV.

In morte Virginis, arbor arida, cellæ vicina, subitò refloruit.

TEmpora mortales vltro meliora recurrunt,
Credite: nunc vobis faustior orta dies.
Virgine, quæ fuerat mala nex producta rebelle,
Virgine submissâ protinus ecce perit.

LXXVI.

De eodem.

ARborè viuenti fata mors, defluxerat olim.
Arbore defunctâ, florida vita fluit.

LXXVII.

De eodem.

MOrtem virgineam quis amabit dicere mortem?
Mortua, quâ vitam protinus arbor habet.

LXXVIII.

Ei morienti inter Angelorum; & Martyrum decies millenorum agmina, quorum Festum B. V. THERESIA dũ viueret, religiosissime coluit: adesse visus est CHRISTVS Dominus.

AD metam, toto, properante viragine corde,
Tot portenta modo facta fuere nouo.
Aduênere decem Sanctorum millia: fuso
Pro te CHRISTE suo sanguine conspicua.
Adfuit & SPONSVS morienti: visa Sorori
A summo cælo missa COLVMBA suæ.
Suspicor & PATREM magnæ venisse Parenti.
Omnis vt accipiat præmia digna status.

LXXIX.

Cæca soror in morte Parentis, visui restituta.

E Præsente Deo manantia balsama, quosquè
Complêuere locos, pegmata cuncta domus.

Aſt odor in clauſtro cohiberi noluit: illum
Duxerat in patulos ducta feneſtra Notos.
Hunc vicina domo, conceperat arida pomus,
Et ſubitò viguit viuida flore nouo.
Audierat portenta ſoror, quæ morte Parentis
Ipſo contigerant hæc operante Deo.
Hæc narrata ſibi, doluit non poſſe videri,
Cum ſimul enato lumine, facta videt.

LXXX.

De eodem.

VT diſcat matrem coamictam lumine cæli.
Filia terreſtri lumine claret ouans.

LXXXI.

De eodem.

Quale mihi gaudium eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video. Tob. 5.

FIlia cum ſoleat Matris pro morte dolere;
Hæc noua, pro matris, (gaudia) morte refert.

LXXXII.

De eodem.

AN valeat cæcus, terreſtri cernere luce?
Id factu, cæcus ſit niſi, nemo tenet.
Cæleſti poterit claratus luce videre.
Terræ ſic oculum credimus eſſe Deum.

LXXXIII.

De eodem.

Et de ſurditate ſororis alterius miraculosè, per mortem Virginis reparata.

AVdierat ſtrepitum, qualem ſtratiotica turba
Sparſerat altiuolo * multiplicata gradu.
Inſuper offecit toto fluitantia clauſtro
Balſama, quæ ſacro corpore traxit odor.

Guſtatu.

Guſtatura breui, palpauerat arboris olim
Brachia defunctæ, florida fronde noua.
Ergone ſolus, ait, viſus præſtantior hiſce,
Lumine, quo cernat cælica facta, caret?
Dixerat hæc: ſubitò clareſcunt lumina viſu,
Et quæ ſenſus hebes traxerat, iſte probat.
Omnis habet ſenſus placidam per (gaudia) mortem.
At quæ mens habeat gaudia? nemo capit.
* *Intellige 1000. Martyrum, vt ſuprà.*

LXXXIV.

Viſio ſororis extaticæ.

Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris. 2. Cor. 6.

NVper tracta ſuis à ſenſibus, ægra dolore,
Quali fortè ſolet creſcere diuus amor.
Sic ingreſſa Polos, crebris aſpectibus almam
Spectabat Matrem filia virgo ſuam.
Inter, quæſierat, Sanctorum millia; nuſquam
Hæc tamen in ſacris agnita virgo choris.
Ergo gemens, etiamque vigil, ſua lumina cælo
Torquet; & arctato pectore, mente ſtupet.
Cùm ſubitò triſtem CHRISTVS compellat: amoris
Hoſtia, vis quo ſtet Mater honora loco?
Aſpice diſciſſum fodicato vulnere pectus,
Hoc manet, alma, latus, mater amica Crucis.
Appoſitam primo, quis cor negat eſſe ſecundum,
Si latus illa Dei cordis ad inſtar habet.

LXXXV.

De eodem.

Secundùm cor tuum feciſti. 2. Reg. 7.

CVi tempus graue quodquè, nec ſecundum
Orbis fulſerat orbitam ſecundùm.
Nullo gaudia prouocata riſu,

Nullus lætitiâ dies profusus.
Illam, pessimus ille munerator,
Zeli, perfidus orbis æmulator,
Diris omnibus insecutus orbis.
Hanc discrimina mille, per labores,
Aduersaria fata, per dolores,
Traxit scommatibus, iocisquè lusit.
Insano similis, volens nocere,
Nolens profuit: irrogansquè pænam,
A pœna, tragicus, reâ resoluit.
Quam fortuna, suo periculosa
Fastu non pepulit: leuique terra
Non vidit super ambulare socco.
Vanis mentibus ingerens venenum,
Vafer non rapuit perexpeditam
Orbis retibus hosticis columbam.
Quod mentem lacerat, pudica turtur,
Et pectus rapit, abdicauit vltrò.
Et natura suis nouerca morbis,
Atrox torminibus quotidianis,
Pressuris dirimens iter polare,
Recto tramite non reciprocauit.
Imperterrita vicit inquietas
Nares æquoris, Eolosquè tristes.
Cûi tempus graue quodquè, nec secundum;
CHRISTO, mortua; facta cor secundum,

LXXXVI.

De eodem.

Quis posuit in visceribus hominis Sapientiam. Iob. 38.

Immissam dextro lateri spectate; sinistram,
Omni, quæ sortem, tempore læta tulit.

LXXXVII.

De eodem.

In visce-

In Visceribus IESV CHRISTI. Philipen. 1.

QVæ procul à mundi secessit corde; receptam
Hanc Deus in proprio, cernite, corde gerit.

LXXXVIII.

De eodem.

Viscera miserationis. Philip. 2.

IN Sponsum tibi quantus amor, reuerentia quanta?
Cui sua, queîs maneas atria pandit Amor.

LXXXIX.

De eodem.

Et Viscera eius abundantiùs in nobis sunt. 2. Cor. 7.

THERESSIANO sæpius qui viscere,
Incorporandus auctione debitâ,
Intrabat esca nutriendo pectori.
Intaminatâ mente, CHRISTVS, præuiâ
Exosculandus ore flammeo Deus,
Amor pudico dedicandus lectulo,
Prato, locandus, virginali, flosculus.
Hic arbiter cunctis frequens in sensibus
Obiectus imo pectori: tota die
Annisquè totis, obtinens præcordia,
Ibi moratus vniuersô tempore,
Cunctis medullis seruientibus sibi.
Incomprehensus; & quidem salutiger,
Amore feruiente prouido sibi,
Abominandum passus hic nihil Deus.
Dispendiosus more prodigo sui,
Sacratiore, fata post nouissima,
Loco, recepit virginem: seruat suo
Deus, geritquè commorantem viscere.

XC.

Sacrum Corpus, post mortem incorruptum, olea manat admirabile.

QVàm deceptus erat; malacâ qui mente negauit,
Fœcundam castæ virginitatis humum.
Ecce parit; quid, nosse cupis? exundat oliuum;
Corrumpi prohibet; lilia fert; redolet.

XCI.

Mirificum odorem, alijs odoramentis absimilem, non modò corpus, sed & panniculi exhalarunt.

Odor; sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.
Gen. 27.

VOmere docta Crucis proscindere mentis agellum,
Nata Deo castam flectere cordis humum,
Vrticis, flagroquè satum subigebat eburnum,
Ne mala, quæ pungat, pullulet herba, iecur.
Mille flagris cultus, millenis floribus auctus,
Halat inexhausti plenus odoris ager.

XCII.

De eodem.

Odoris Ratio constituitur.

IN sicco districta loco, dominante calore,
Dum fugit humiditas perpauefacta focum.
Mentis inops, gressum celerans, vrgente timore,
Vt leuiùs fugeret sparsit odoris onus.
Quæstio nata mihi, demortua virginis vnde,
Lilia quæ superet, spiret odore caro?
Soluitur: est humor; quis erit? Sapientia, pota
Cælesti lympha, sudat amoris epos.
Est calor; hunc cæli peperit Sapientia, siccæ
Virginitatis adest mortificata caro.
Ergo lympha poli fertur dum cælitus, aucta
Igne poli, sparso sudat odore caro.

XCIII.

Etiam dum viueret B. Mater eiusmodi odorem diffundebat.

Quæ

Qui pascitur inter lilia. Cant. 2.

LIlia non desunt, ipsi testantur odores
Lilia: CHRISTE tuum prodidit esca iubar.

XCIV.

De eodem.

Exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit latabunda & laudans; Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. &c. Isaiæ 35.

PRudentiam, Rex Aracam, docet grandem.
Thoro legenda forte regio consors,
Quid Sponsa muneri ferat maritali?
Sit nuptui marita quid coronato?
Cognouerat Rex antedictus id quondam.
Ergo puellas, forma quotquot excellens,
Suo cubili iudicabat adscribi
Regique posse; colligens, adornauit.
Illas inaurata coercuit veste,
Deseruiens cursu cycla spuellaris,
Diumque feruens additum, iocis aptum.
Vbi fatigata iuuenculæ sudant,
Sibi theristra postulat frequentata,
Admota naribus suis odorato
Sudore comprobat; redarguit naso,
Madore cuius apprehensa talaris
Cyclas oleuit optime, reseruata
Regi, sodalibus suis recusatis.
Complexionem qualitas olet bella.
Odor figura qualitatis æqualis,
Æqualitas constans, refert bonas dotes;
Sunt hæ, fruitæ seminarium prolis
Dos temperata, moribusque conformis,
Auet peræquales Parentibus natos
Compendiosâ Charitate formosam

Sponsam

Sponsam sibi CHRISTVS THERESSIAM legit,
Splendore mentem; Puritate cor pinxit.
Odore corpus compluit, probat casto
Dignam cubili, quale Gratiâ Sponsi,
Cælum, beato cætui serenauit.
His quid sequatur? sit coronis: illustrem,
His disce prognatam Parentibus Prolem.

XCV.

Sal etiam, quem decumbens ægra, manu tetigit, post eius decessum oleuit optimè.

Manus mea distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Cant. 5.

QVem tetigit moribunda, sali donauit odorem,
Protinus hic etiam feruere cœpit amor,
Sal sterilis quondam, sacro fœcundus amore,
Claustralem fluido complet odore domum.
Obstupuêre salem, myrrham redolere probatam,
In quouis muscos amplificare loco:
O quàm fausta manet CHRISTO data dextera, myrrham:
Stillat odorato dextera iuncta * Deo.

* *Alluditur ad mysticam THERESSIÆ, cum CHRISTO D. desponsationem.*

XCVI.

V. P. DIDACVS RIBERA Soc. IESV, Vir doctissimus; de se refert in libris, quos de vita B. Virginis excellenter cõposuit; se per multos dies illotis manibus permansisse; ne, quem attactu sacri brachij attraxerat, deperderet sacrum odorem & suauem: qui etiam illi & post lotionem aliquantùm cohæserat.

Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem. Matth. 15.

TEnestre, VERBI verba fructuaria
Dicax apella? sermo quid censorius?

Mephi-

Mephitico fimo cor execrabile.
Damnat; lutosam non coarguit manum.
Illota non coinquinat pudens manus.
Quod mente machinariâ geris lutum,
Ab ore virus quod coaxas inuido,
Hoc depudicat cor nefariâ lue.
In corde lota, liliaceo manus;
Non lota, sanctior; renidescit manus.

XCVII.

Omnis odor exoticus exolescebat, nec sentiebatur coram odore supradicto.

Lilia pronectæ formosa Diospolis, aucta
Nomine quas trito Laodicea parit.
Et Narcissus honos Cephisius, inter odores
Laus non parua; stupor naribus, & capiti.
Caltha; ligustra; rosæ quales Phæacia tellus
Parturit: & Phæbi, flos Hyacinthus, Eos.
Cinnama; Costus; Arum; Casiæ Spirantis amores;
Et liquor ille, quoto balsama rupta fluunt.
Et Nardus; Mediciquè soli Spiramen, Amomum;
Et violæ, quales purpura nata tegit.
Huc adsint, terræ quot sunt fragrantis honores,
Mollis quot varius Chloridis est is amor.
Vobis quisquis odor; tantos stupefactus odores,
Quos olet innocuum corpus: olere pudet.

XCVIII.

Calce ac lapidibus obrutum corpus Virginis, humido loco repositum; post annos tres repertum, & hucusq; integerrimum, odore ac liquore sacro commendatum perseuerat.

Odor liquore perspicax eburneo,
Manat refusus riuulis illimibus,
Odore deprehensus murrhinus mador,

Halat

Halat superno perceler spiramine.
Olens liquor iunctis in vnum viribus
Integritati concinit durabili.
Exasperata palpitat corruptio,
Mordensque labra, liuet ordinario
Non posse robur explicari iugere.
In id laborans, contremiscit. O mala
Liuore pressa, peruicax solutio!
Amoris indelebilem præsentiam,
Non extimescis Charitatis vincula?
Rictu proteruiore fortè buccinas?
Sacri pudoris te pudeat hic abditi.

XCIX.

Sacrum cor scriniolo intromissum crystallino, ibi claudi nequit, crystallo distinguente se.

IMmensum virtute Deum; cor, lectus amoris
Clauserat: id posthac claudere nemo potest.

C.

De eodem.

Dilatasti cor meum. Psal. 53.

SVspirare valens, post mortem spirat amanti;
Diruptoquè volat, fusile pneuma, loco.

CI.

Post mortem viuido cordi.

EPITAPHIVM.

QVod fuit indemni mactatum pectus amore,
Vulnere quod placido dilaniauit Amor.
Clauditur hac stilla Crystalli, purius illâ,
Nec tamen occludi pectore quiuit Amor.
Rumpitur attiguo tactu palmare sepulchrum,
Mors ouat, aunat amor, corquè superstes auet.

Rumpi.

Rumpitur! haud mirum; cordis languescit ab igne,
A molli, durum discit amare gelu. *

* *Gelu crystallum, quoniam ex glacie fit.* Lege S. Aug. in Psalm. 147.

CII.

Remansit Virginis corpusculum post mortem planè tractabile ac pulcherrimum; Alabastritis more candidum, Vti Spiritus S. Sacrarium & Sapientiæ decebat arcam.

ANcepa vnde fluat cadaueroso
Circumflexio corpori? perennis
Quod calfecit Amor, tepere nescit.

CIII.

Inter alia Dei opera in Sanctis suis admiranda; corpus est B. P. N. IOANNIS à Cruce, Primi Filii, S. M. THERESSIÆ; Primiquè P. Nostri, è Reformatis, cuius Canonizatio in dies præstolatur; in eius ergo incorruptæ carnis particulis, miraculosè apparent plurimæ Sanctorum effigies, CHRISTI D. ac Matris eius DEIPARÆ, præsertim verò S. M. Nostræ THERESSIÆ.

Immortalitatis Vera, à Virtute est.

ID virtutis inest inordinatæ
Naturæ, solitòquè casuali,
Naturæ nimiumquè mancipatæ.
Fallacem super occisura Sphæram;
Limi pondere deprimatur intra,
Acri tempore dissipetur extra;
Lapsabunda globum terat fugacem,
Fortunæ iocus, agminaliumquè
Ventorum rota, casuumquè lusus,
Et labente suâ, ruina, mole.
Æternum tamen exoleta mater,
Exoptat sibi vendicasse tempus.

Mortali capiti, manu caducâ
Immortale cupit, sacratquè sertum.
Conatu leuimens abominando,
Auso præcipiti potens; amicas
Deductura faces, * docebit ipsa
Raptu quo perijt perusta casum:
Prætergressa solum piaculare,
Subtergressa polos recalcitrantes;
Visu; mentis inops, perimbecillo,
Visum, luce, ruit, reuerberante;
In pœnamquè dedit cor incauandum,
Pænosa iecur hæsitans in vngue,
Distractum toties feroce morsu,
Corrosum grauiter necante rostro,
Victurum, nece dissipante vitam;
Victurum malè, morte denegatâ.
Permissum iecori, datum cruentæ
Carni crescere, fertili dolore;
Cordi viuere perdito vigore.
Æternos itidem nec ille, ducto
Annos obtinuit sub astra saxo,
Nec miracula falsa, † computatâ,
Inter, mole stetit colossiana.
Vertex Memphiticæ stupendus oræ,
Colli, Iudaicum, laboriosi,
Non collucet opus; * coercitarum
Cuspis pyramidum superba torpet.
Non mensos penetrauit euocato
Cælos culmine: nec sinus tenacis
Æui, promeruit beatiores.
Cessit pondere comminuta sparsim,
Vasto puluere funerata cessit,
Authorisquè sui grauedinoso,
Pressit stemmata, gloriamquè lapsu.
Falsò Numina; quisquis exacerbat:

Si veris

Si veris tribuit suos honores,
Et vitam sequitur sacratiorem;
Credo viueret inter æuiternæ
Laudis nomina: constitutus inter
Immortale, viros, decus merentes.
Quod si crimine dissolutus ipso,
Liuoris face prouocatus atrâ,
Vstis ædibus † ethnicis Dianæ,
Famam postulet ignibus profanis.
Absit, lege nefas vetante, viuat.
Eex nomen spurium voraginosis
Damnabit tenebris, scelusquè perdet.
Immortalia, fine criminali
Scrutatus, proprio fatiscat igni.
Ergo quisquis amat perennitati
Consecrare suos, futurus, annos;
Mittens pestiferis vale Napæis,
Nullius terat orbitam voluptæ.
Edifcat stabilire regularem
Vitam, rectificâ probans amussi.
Virtus Regula sit negotiorum,
Factorum iubar, erudita virtus.
Hoc processit iter vigil THERESSA,
Immortalia consecuta prole
Virtutis; genuit pudore, viuo
Candori sobolem deosculandam.
Sacro germine viuit auspicata.
Illi tempus edax perennat: illi
Æternos pietas parauit annos.
Illustri dedit euolare famâ
Sacratâ voluit micare prole.
Quauis morte mori, Deus negauit.

* *Prometheus Iapeti & Asiæ filius vt est apud Hyginium in fabulis; venanda immortalitatis causâ; ignẽ de calo cauâ ferulâ surripuit. Ideò Caucaso affixus*

K est,

est, aquilà eius iecur subinde renascens, depascente.

† *Solis Colossus Rhodi, inter 7. miracula computatus, à quo Rhodi Colossenses dicti; non illi tamen ad quos è vinculis S. Paulus epistolam scripsit; qui erant Colossæ Vrbis Phrigiæ incolæ. Fuit hoc simulacrum 70. cubitorum altitudinis, 12. annis à Rege Demetrio factum, post annos 56. terræmotu prostratum. Saracenos, Capta Rhodo, ære huius statuæ DCCCC. asinos onerasse ferunt; cuius pollicem pauci amplectebatur.*

* *Pyramides, inter 7. orbis miracula posita; quadrata forma moles maxima; fastigium, in modum flammæ protensum referentes. Excogitata à Regibus Ægypti, partim, ne plebs esset otiosa, & vt sui memoriam posteris, magnitudine operis relinquerent; partim vt mortuorum corpus sub illis positum, æternitati perduraret.*

† *Templum Ephesiæ Dianæ CCXX. annis à Tota Asia, vel vt alij sentiunt, ab Amazonibus, ne terræ motus sentiret in palustri loco factum, substratis carbonibus ac velleribus lanæ. Columna ex ære calata LXXVII. à singulis Regibus facta, LX. pedum altitudine. Id Herostratus Ephesius incenderat, vt suo perpetuitatem nomini compararet. Ephesij sanxerunt propositis grauissimis supplicijs, ne quis in posterum Herostratum nominaret.*

CIV.

THERESSIA anagr. SIS AETHER.

Si amorem propium exuamus, potius auersionem ab omni recreatione externa, quam inclinationem ad eam in nobis sentiemus. S. Mr. c. 11. viæ Perf.

THERESSA; sis AETHER, micans Deo sole;
Tuam beante luce prouehens mentem
VERBVM; diurnum tempus eroget nobis.
Interquè Scyllas mille perditas, cauto

Splen-

Splendore pellens retiaculum noctis,
Adsit phasello nauigantibus carnis:
Et ad fidele Cælitûm trahat littus.
Tibi diurnet gratiæ fator, nobis
Isthinc fluento proruat salutari,
Nectar propinet pectori fatigato.
Dulcedinem pluens, cor alluat siccum.
Hic solus aritudinem potest presso
E corde prominare viuidis vndis.
Valet leuare cor merâ voluptate.
Demens venustas, orbis illecebrosi,
Leporquè laudicænus, esto lethalis,
Amarulentus dulcor hic inassuetis.
Non est satis, tyrannicæ siti mundus.
Hunc thermopotans appetitibus vanis
Dum cor homo leuat, magis cor accendit.

CV.

De eodem.

CHRISTO D. gratissima & acceptissima sunt obsequia, esto minima, sua Sanctissima Matri praestita; eaque Vita, ac gloria aeterna compensat. S. Mr. lib. Fund. c. 11.

SIs Æthra Virgo sideri Mariano,
Immota nobis hîc serenet aurora,
Regina Montis fulgeat Coronati,
Toto recandescat Lucerna Carmelo.
Antris columba demoretur excultis.
Phæbe, potenti quæ regit manu fluctus;
Trahituè, quò velit, vel hostium in littus
Hîc hîc statiua figat antelucana.
Recellat illa gloriam suam; ranas
Fulgore pellat cornuario noctes,
Vmbrasquè per te, vincat occidentales,
Propheticâ successione sublimis

Ordo ſalutat voce quam recollectâ,
Idem ſalutaturus eſt ſeneſcentis
Ad vſquè temporis moras in extremas.
Tuo diurnet orta pectori, noſtrum
In cor profuſa viuat, inſuper regnet.
Noctesquè luce compleat calendari.

CVI.

De eodem.

Semper intenſum pro CHRISTI nomine, aliquid patiendi, omni in re, & occaſione, deſiderium habebis. S. Mr. Monit. 29.

SIs Æthra Soli, nube, decolorato.
Deum cruenta nubis occulit nobis.
Crucis procellis obrutus tuus Sponſus;
Rubore quino purpuratus, abſcondit
Lumen ſuum; vaceſcit exinanitus.
Celat diem, premente nubilo noctis,
Celat Deum, tegente ſacculo carnis.
Tuum cor ante ſtans, inumbrata
Lux pulſa cælo ſuſcipi reexpectat.
Tuone corde proh! recraſtinas cellam?
Thronum decori denegabis immenſo?
Moraris ægrè cor tuum relaxare.
Phalaricam dolebis igneam, ſole
Splendoribus fuſis locum coaptante.
Manu peremptus hic licet nouercali,
Cælum tamen ſol eſt creans, reſumpturus
Breuì, quod ille ſponte deſerit cælum.
Et ſi recordaris tenerrimi verbi,
Caliginoſa Viſio quod immiſit.
Te propter, audiſti, nouos Deus cælos
Spondet creaturus, palatium grande;
Cælos egeſtati thronum triumphalem.
Ergo viciſſim, gratitudinis compos,

Come

Compaſſione, ſta nouum Deo cælum
Æthram figuret cor tuum, reuelatæ
Signum Crucis, quali Monarcha Romanus
Fulgere Conſtantinus hoſtium, vidit,
Contra potentiam, feroculum robur.
Sic inter orbes cardinale cor, fiat
Cælum nouum, Deiquè gloriam linguæ
Gementis enarrabit * intimâ voce.
Concentus hic, ſilentioſus eſt multùm,
Cruore nam verſatilis ſtupet cardo.

* *Cæli enarrant gloriam Dei.* Pſalm. 18.

CVII.

De eodem.

Quamuis Sanctos aliquos in omnibus imitari non poſſumus, in multis tamen, v g. in ſolitudine, in ſilentio, in humilitate, aliiſq; ſimilibus virtutibus, quæ corpora noſtra non enecabunt, poſſumus. S. Mr. c. 3. vitæ ſuæ.

DEcorus Æther es prophetici zeli;
Ardore THESBITIS tholos deauratus,
Hæredis HELIÆ, proteruiam contra,
Hæres auiti Spiritus inardeſcis,
Plenâquè mente luminis, propheticas.
Zelum Prophetarum poli reformidant,
Cutes alopecæ tremunt apellarum,
Annis tripartitis malam famem teſtor;
Vrſos duales, cæcitatis errores:
Cælumquè clauſum, * ſiccitatis ardores,
Ignemquè, quinquageſimis meram ſtragem,
Maliſquè mortem redditam; bonis vitam.
Primarius finis tibi reuiuiſcit,
Quieta contemplatio, ſecundanam
Ad actionem flexerat ſuum lumen:
Caput merenti, luce congruit cordi,

Amore cor potens manum leuat pigram.
Hæc eleuata, Pulchritudini summæ,
(Quæ consecrante visione percepta est)
Seruit, iuuatquè proximos coronandos.
In actionem prouolat, vigorosum
Virtutis agmen: hîc silentij pacem,
Coercitum specta modestiâ vultum.
Amata tesqua solitudini, lauda.
Verboquè claude; quot micant superfusæ,
Stellantis ætheris, faces viatori:
Tot sanctitatis hîc recogita stellas,
Nouumquè vinâ laude prædica cælum.

* *Lege 4. Regum c. 1. & 2.*

CVIII.

Ad magnam Dei, Carmeliquè Parentem, MARIAM Virginem.

Gloria Libani Data est ei. Isaiæ 35.

GLoria quæ Libani? cedrorum tesqua MARIÆ
Cedrus honorificum nomen in astra ferat.
Digna mori nunquam, celeberrima gesta puellæ,
Crescere docta solo; viuere nata Polo.
Hinc puto virgo Fabrum Consortem nacta Iosephum,
Qui sua digna Cedro, * conferat acta cedro.

* *Digna Cedro; de immortalibus operibus, dictum esse.*

CIX.

De eodem.

Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion. Eccles. 24.

FLoribus aucta, caret fructu; sine floribus annat
* Fructibus: alternis Cedrus honora bonis.
Florida flore Deo, fructu generosa MARIA;
Toto quem genuit; sidere, flore viret.

* *Cedrus qua floret, fructum non fert: fructifera non floret.*

floret, sed in ea antecedentem fructum nouus occupat. MARIA Cedrus Vtrumq; praestat.

CX.

De eodem.

Decor Carmeli datus est ei. Isaiæ 35.
Caput tuum vt Carmelus. *Cant. 7.*

CArmeli memorale decus, fruticosa per antra,
Abditus Ordo; tuum non leue Virgo decus.
Cerne decus CAPITALE: Propheticus Ordo, propago
Prima tibi, cingat tempora casta tibi.
Sint alij MANVALE decus, sint anulus: intra
Siluas Carmelus sit diadema latens.
Corrigo me; siluis progressus, dextera menti
Iungitur; * ecce tibi iam fit vtrumque decus.

* *Instituti nostri primarius finis; est Contemplatio diuina pulchritudinis, à qua profluit amor Dei. Secundarius finis est actio, f. salus proximorum.*

CXI.

Laus Carmeli.

Induxi Vos in terram Carmeli, Vt comederetis fructum eius, & optima illius. Ierem. 2.

QVi stetit immotus pelagi quassatus hiatu,
Terga nec vndiuomæ dedere nouit aquæ:
Qui caput auricomum, nemoroso flore MARIÆ
Cinxit; & attracto pinxit odore manus.
Virgineis cultus manibus florescit: & olli
Se, quæ, plantauit, candida serta dabit.
Et nullam prisci patietur temporis iram,
Incorrupta manus, * dum colit arua sua.

* *Incorrupta Manus Virginalis, DEIPARÆ scilicet; & S. P. N. ELIÆ Patriarchæ etiam nunc Viuentis.*

Exsicca-

CXII.

De eodem.

Exsiccatus est Vertex Carmeli. Amos 1.

NOn dubitas; Diuina Parens mihi virgo MARIA,
ELIAS cultor, flammeus ille pugil.
Longæuis, multumquè sacris Genitoribus Ordo
Prognatus, rapidi temporis ora premo.
Natos Virginibus mordax abolere vetustas,
Nec liuor fracido perdere dente valet.
Virginitas moritur nunquam: corruptio nulla
Officit his, quos non afficit aura putris.
Aura stygis, grassante necat putredine: sicco
Vertice Carmeli non habet ista locum.

CXIII.

Ænigma.

COntere mente priùs, coniecto, iussa priora;
Sal iunctus verbo, quinque decupla secet.
Ordine claudat opus; solemque salemque videbis,
Qui corrupta soli, fuscaquè membra nouent.



AD
F. ELISEI à S. MARIA
CARM. DISCALC.
LYRICORVM
LIBROS.
ERVDITORVM VIRORVM
EPILOGVS POEMATICVS.

EPIPHONEMA
F. ELISEO à S. MARIA.

F. ALEXANDER à IESV CARM. DISC.

ÆVi recentis ô beata tempora!
Apollo iubilat nouus.
Resuscitatas cerno musas, vertici
CARMELVS, vtro, consonat.
Parnassus alter; bina profert culmina
THERESSIANÆ gloriæ.
Lego Parentem. Filiali carmine,
Sub astra ferri lucida.
Olim biceps iugum, profanis; PINDARO,
HORATIOque seruijt.
Et Christianis claruit, PRVDENTIO;
Arriserat SEDVLIO.

Apol-

Apollinari Sarmatarum cinxerat
Olim corymbo tempora.
Bimembre; KOCHANOVIVS traxit iugum
SARBIVVS alterum trahit.
Nunc MANTVANO, SAPHAT en propinquior,
Vates coruſcat THESBIVS.
Debetur his Parnaſius mons fulgido
Conduplicatus culmine.
Quod ſi quis obſtet infrunitus impetu?
Concedo pacis ordine.
Victoriam tamen feram; Sacratior
Parnaſſus eſt nobis nouus.
Diuiniore mente plenus; arbitro
Prodeſſe Lectori cupit
Loquacitatem PLOTII vanam fugit
Obſcuritatem SCOTTINI.
ÆMILIVM ſequi pudet, ſtantem ſuis
Encomium ſerpentibus:
Ales Poeta, cælites diangelos
Canit pudico dramate.
Audire THALETAM lyrâ vis aureâ,
Melos cientem cælicum?
Morbos fugari, peſtilentiam premi,
Videre vis miracula?
Ardere flammeo ſcies incendio,
Nec poſſe comburi rubum.
ARATVS alter, phænomena gloriæ,
Cantu fideli ſuſtinet.
Aratus ille, Solienſium Decus
Stupore complet accolas.
Miniſter contumeliæ ſi quis, petrâ
Ferit ſepulchrum, ſic ferunt;
Iactata ſaxa proſilire, labili
Aduerſa contumaciæ,

Hic

Hic saxa nulla: contumax, credo, suo
Se quisquè dente comprimet.
Proteruiamne, quis, leuem, roburneo
Obstare candori gemet?
Obstat sagitta fernefactis crinibus,
Ferrum calet Seraphicum.
Apollinis, Abaris, viam recensuit;
Donum, sagitta cesserat.
Mirabili virtute feruet spiculum,
Mittens id, ipse mittitur.
Per alta, Seutides, receptus missili;
Vates ferebatur leuis.
Afundo dulcior, pyrâ Seraphicâ,
Succensa, feruet, pectore.
Tibi Poeta consecrabitur, cui
Tanto (Parens) cordi fuit.
Neu quære laurum: virgo triplici viret;
Quamcunquè prensas, elige.
Hac cinctus, ibis altiori spiritu,
Telo resumptus igneo.
Vltra colûros cardinales, aureos
Vicinior petes globos
MORVS, ligato syllabas in carmine
Natæ suæ Poetidis,
Quascunque, singulis rependit aureis;
Tanti Camœnas æstimat.
Mater THERESSA, filiali, percita,
Quantum refundet carmini?
Diuinitas aurum, dat aurum: credite
Non est metallum ditius.

EPI-

EPICITHARISMA.

AD LYRAM R. P. ELISEI à S. MARIA CARM. D.

GESTA D. VIRGINIS THERESSIÆ MATRIS SVÆ Metro describentis.

A M. IOANNE RACKI, PHILOSOPHIÆ DOCT. & PROF COLLEGII MINORIS IN ALMA VNIVERSIT. CRAC.

QVæ Musa? vel quis Phæbus amænior?
Tuum remotas nomen in Insulas
Reportet! O sydus refulgens
Carmelicis ELISÆE cælis!
O eruditæ Mysta scientiæ!
Qui præteracti dogmata sæculi
Abundè complexus, parentem
Elisijs reuocas ab oris
Videre nuper Castra THERESSIÆ.
Videre Gentes! cum Seraphim sacra,
Cherubque, prætergressa Virgo,
Penè Deo similis Magistro,
(Nam non inani nomine dicitur
Hæc mens Ter - esse) vidit in abdito
Arcana Cælorum, vidensquè
Virgineo patefecit ore.
Quis tunc recentes ingenio calor
Affixit alas! quis genium furor
Incessit? vt Doctore libro
Nacta magisterium Cathedramq;
Audax auitæ transfuga Gloriæ:
Et sexualis immemor indolis,
Repente Terris intimauit

Theo-

Theologæ ſimulachra Stoæ
Ad vſquè Palmam! Sæcula, ſæcula,
Nondum expiatis vncta furoribus
Luſtramini Thereſſianis
Auſpicio meliore faſtis!
Ludos Corinnæ? Corneliæ Scholas?
Hortenſianæ vel Genium nurus,
Miretur orbis? prædicetur
Fæmineæ monumenta laudis,
Inſanus olim? Cedite Fabulæ
Figmenta vatum. Cedite proh decus!
Apoſtolatum miſſa virgo
Gentibus & populis Fremendum
Edixit vltro Carmen, & inuium
Iter repandit, quo petitur polus;
Iter Prophetarum verendo
Ante tritum pede; dum tenellæ
Mundus renaſcens, vere puertiæ,
In Patriarchalem æmulus orbitam,
Conſcendit vltro, & pertinaci
Aſtra rapit violentus œſtro.
Sed quis tuorum, conſcius agminum,
Æquare certet Diua Parens ſtylum?
Cœleſtis Orator, Deuſquè,
Lucifero prior ille Natus,
Ille elocutum prodigialiter
VERVM Supremi Patris ab æthere
Tuis repercuſſum labellis
Fatidicum reſonabat echo.
Authore quo Tu proficiens, tuis
Æterna vita Verba præiueras;
Impune! Nunc quæ tollit omnes
Scripta etiam Libitina tollit:
Audax vel ipſos vincere Spiritus
Et Veritatem mille latentibus

Vmbris coercere; in perenni
Nocte, caret quia vate sacro
At nulla possunt fallere præscios
Ventura vates. Ergo salubribus
Instructe parnassi Camœnis,
Elisijs ELISÆE campis,
Portare, matris nomen, idoneus
Redux, ab illo dignus, auo Nepos:
Extolle Carmelum Teresæ
Et cupido refer orsa mundo
Te nuper ah te vidit & Entheus
Prædixit orbi Spiritus ELIÆ
Dum veste proiectâ Propheta
Igniuomo volat ipse curru,
Iam iamquè cerui difficilis, suum
Sublime spirans corripit Æthera:
Tandem requirentes reuerti,
Flammigeros speculatus axe
Dixisse fertur: Crescito pneumate
Auriga currus crescito duplici:
Tu scala Carmeli decorquè
Cresce meis ELISÆE votis
Successor olim fatidicæ Chelys
Præteruoluti turbine sæculi
Narrabis, & quos Mater adget
Egregios geminabis ausus:
Hac, Idumeæ nauita gloriæ,
Emensus altæ lustra Capharniæ,
Lustrabis oras! mox daturus
Carmelicæ monumenta famæ
Qua pronus orbes Arctophylax tegit,
Qua per Lechorum rura Borysthenes
Declinat in Pontum, Polorum
Consimiles vegetans Polonos.
Sic est! futuros en probat exitus

Non

Non vana Virtus, creuit adorea
Lauriquè, præsignesquè vittæ
Castalio tumuere fluctu
Iam feriatâ fistula cum lyrâ
Tinnire gaudent: iam litui strepunt
Iam Buxus, & iam Tibiarum
Vulgus iners, Elisæum adorat.
Hic hic Paterni concolor Ominis,
Celat Poëtam melle prophetico,
Nouum redordiri paratus
Igne sacro pietatis orbem!
Tum tu THERESSÆ Trine Diespiter
Faue benignus, virgo Parens faue, Et
Parnasse Carmelo faue, vt sit
Heliadum Comes ELISÆVS.

VOX

COLVMBÆ CARMELITICÆ,

F. ELISEI à S. MARIA C. D.

Felicissimi Magnæ Virginis D. THERESSIÆ Panegyristæ,

In Regio Iagellonis Parnasso exaudita,

STANISLAI BIEZANOVVSKI LEOPOL:
Artium & Philosophiæ in Alma Vniuersitate Crac.
BACCALAVREI, applausu & gratulatione
salutatur.

VOx mille Phœbis dulcior Atticis,
Torrente vatum Pegaseo super
Audita melleo fluore
Insolitum cecinisse carmen
Et me canentem fecit, & omnium

Suſpenſa iuſſit tendere barbita,
Chelyſquè needum tacta, inertes
Spontè rapit digitos Poetæ.
O Vox merum mel! deliciæ meræ!
O innocentis filia pectoris!
Quam lenè corda, mentiumquè
Senſa trahis, ſepeliſquè curas!
Suxiſſe nectar iam videor mihi
Hâc voce paſtus; currite mellei
Æcatis orbes: viuit INNO-
CENTIA, & imperium Camœnis
Donat remiſſum. Tunc columbula
Quæ rore cæli paſceris aureo
Tàm dulce carmen, muſicumquè
Ad Cytharæ numeros ligaſti?
Pindumquè caſto tunc premis pede?
Cyrrhamquè rides, templaquè Apollinis?
Nonnumquè Parnaſſum Poetis
Inſtituis? geniumquè cęlo
Dicare ſuades? plaudite ſæcula,
Exul reuixit gloria litteris,
Sacrumquè nomen laureata
Reſtituit fidibus COLVMBA.
Valete Muſæ, iam niueus pios
CARMELVS orbi nutrit Apollines;
Salitquè vertice ab ſupremo
Vberibus noua vena viuis,
Quæ corda lapſu dum penetrat leui
Mellita reddit; quod pote ſuauius
Naſci Poema? & quàm diſerto
Audiyimus quod ab ore magni
Fluxiſſe vatis? quippè cor igneum,
Intaminatum, & cygnea puritas,
Nubeſquè amoris innocentis,
Debuit ambroſiæ frequentem

Pluiſſe

Pluisse succum. O quam inuideo tibi
Conclaue sacrum! cellaquè Musicæ
Pindus COLVMBÆ! ô si labello
Hosce fauos liceat trementi
Gustare saltèm, quemquè THERESSIA
E vulnerato corde tibi dedit
Libasse rorem; quasquè TERRÆ
SAL epulas tibi delicatas
Parauit vni! non stupeo amplius,
Quo de salillo tàm benè condias
Illustre carmen? cur recenti
Lacte fluens tua penna, molle
Reddat palatum! virgineâ Angelus
In carne viuens, virgineum quoquè
Fecit Poetam, vt purius nil,
Partheniumquè magis potesse
Nil esse, passim censeat vltima
Censura vatum, seu cupias chelym
Scite sonare, seu venusto
Ire velis epigramma cultu,
Arguta fundet mox tibi flumina,
Queîs vniones, turbaquè gemmeæ
Gazæ natabit, inquè corda
Inde ruet pretiosus imber.
Exosculamur Te ergò COLVMBVLA,
Tuamquè vocem claudimus intimo
Mentis recessu; nam THERESSÆ
Io TER ES triciesquè magnus
Encomiastes; cui licuit nouas
Formare Musas, inquè pios chelym
Flexisse cantus, quæ profanas
Sueta fuit resonare nugas,
Orbisquè pestes, fœdaquè scandala:
Proin futuris pingo nepotibus
Cedro in perenni, candidatam

 In cy-

In cytharæ fidibus COLVMBAM
Legemquè ſcribo. Vatibus imperet
CARMELVS extunc, ſolaquè laureas
Diſpenſet INNOCENTIA, extunc
Sit cytharæ ipſa COLVMBA cuſtos.

P. IVSTINI à S. HEDVIGE. CARM. DISCALC.

Heliconica Gratulatio.

MVſas amantis chara THERESSIÆ
Proles, amæni gloria culminis;
Vates pudoris, non pudendâ
Aſtra Chely recreaſſe, gaude.
Grandem, viuenti montis in aggere
Tibi columnam pono, THERESSIA
Columna feruens dum polares
Corde tuo calefecit ignes.
THERESSA nubes, noctis operuit
Vmbras; diurno nubila vicerat
Splendore, quando liberale
Cor, docuit meliora ſiſtra.
Dum tantus ardet feruor in æquore,
Sperare prorſus diſcimus ardua.
Ducem ſequemur; monte noſtro
Pegaſides micuêre muſæ.



IN ANTIQVISSIMVM CARMELI DECVS.



Lux quid, Crux, diadema, manus, gladiusquè virenti
CARMELO quæras, sint stabilita super?
Dantibus, hîc diadema datur; lux fertur in orbem;
Offertur Sanctis mons, Patribusquè manus.
Porrigitur nostris gladius Rectoribus, anceps.
Communis Crux est omnibus, vna manens.



SOLI DEO GLORIA,



CRACOVIÆ,
IN OFFIC. CHRISTOPHORI
SCHEDELII S.R.M. Typ.
A. IVBILEI 1650.

